

TRACTATVS

De Successore Singulari,

An, & quando teneatur stare coloniæ, vel locationi, ad materiam l. emptorem, C. locati,

Per Ampliationes, & Limitationes diuisus, atque distinctus.

AVCTORE
BARTHOLOMÆO SCAPVCCINO
I. V. D. Patritio Rauen. & Aduocato meritiss.

Summoperè in Foro versantibus perutilis, & necessarius.

In quo accuratè omnia ad materiam pertinentia, iuribus, & auctoritatibus eleganti stylo digeruntur.



VENETIIS, Apud Iac. de Franciscis. M DC XXII.

Permissu Superiorum, & Priuilegio.



ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISS.

S. R. E. Cardinali Vrsino Principi, ac totius Aemiliæ de Latere Legato, Patrono Singularissimo.

Bartholomæus Scapuccinus S. P. D.





Vm te Prouincia hæc lætissimè in Rectorem, et de Latere Legatum per plures, atq; plures menses ardentissimè expectaßet, vt prudentia, qua communi iudicio viri sapientissimi existimant, animique candore, et exquisita synceritate in ea præesse pro certo credant: Tandem motu proprio, et ore Beatissimi Patris Gregorij XV. indicibili



gaudio declaratum, honorem iam diù debitum, omnes quidem gauisi sunt, et laudes immortali Deo obtulerunt, memores de antiquissima, et Illustrissima tui generis nobilitate, et maiorum tuorum rebus gestis, quas si in minima parte hic refere, aut recensere vellem, meus hic liberculus profectò non sufficeret, ità, vt prudentius sit silentio hæc inuoluere, quàm in Oceanum innumerabilium laudum tuarum ingredi. Ego autem nè solus videar non lætari, munusculum hoc animi tui magnitudine, ingenij præstantia, ac iudicij grauitate confisus, publicè tibi offero, vt deuotionis meæ arrham accipias, et tu interim benignè, vt soles, altissima protectione ab inuidis, et detractoribus defendas.



INDEX OMNIVM TITVLORVM, QVI IN HOC TRACTATV

De Successore Singulari continentur.

C

De Censuario. Limit.3. *pag.113*
De Colono, & Conductore. Ampl.2. *12*
De Conductore spoliato. Limit.20. *192*

D

De Domino directo, Vassallo, & Emphyteuta. Ampl.11. pag.57
De Donatario. Ampliat.4. *20*

E

De Ecclesia, & illius successore, & de Republica. Ampliat.8. *43*
De Emptore. Præludium. *1*

F

De Filio succedente in legitima, & in bonis aduentitijs. Limit.4. *117*
De Fisco, & successore Fisci. Ampliat.7. *39*

H

De Hæredibus Prælati, & beneficiati, & eorum fideiussoribus, an teneantur ad manutentionem locationis, & ad interesse. Ampliat.19. *91*

De

I

De Interesse debito singulari successori. Limit. vlt. 200

L

De Legatario, & fideicommissario. Ampl. 3. 16
De Locatione nulla, & fraudulenta. Ampl. vlt. 109
De Locatione cum prohibitione de non alienando. Limit. 13. pag. 55
De Locatione cum hyppotheca. Limit. 15. 166
De Locatione iurata. Limit. 16. 171
De Locatione ad longum tempus. Limit. 17. 178
De Locatione ex pacto reseruata. Limit. 18. 183
De Locatione cum reseruatione pensionum ad fauorem successoris. Limit. 19. 188

M

De Minore, & pupillo. Ampliat. 9. 47

N

De Nouo colono, & inquilino. Limit. 10. 143

P

De Pensionibus rei locatę exigendis. Limit. 21. 198
De Proprietario, vsufructuario, vsuario, & emptore fructuum. Ampliat. 10. 51

R

De Resignatario. Ampliat. 17. 83

S

De Socio. Limit. 2. 109
De Spolio prouenientę ex contractu bonorum Ecclesiæ contra Constitutionem Paulinam. Ampliat. 18. 87

De

De *Succedente ex primo, vel secundo decreto. Limit. 8.* 133
De *Successore maioratus. Ampliat. 5.* 24
De *Successore in canonicatu, & praebenda. Ampl. 12.* 62
De *Successore Commendatarij. Ampl. 13.* 65
De *Successore Episcopi, Plebani, & Curati. Ampl. 14.* 68
De *Successore beneficiati recipiente pensiones à conductore. Ampliat. 15.* 74
De *Successore Prelati, aut beneficiati, qui pensiones anticipatas adhuc viuens recepit. Ampliat. 16.* 79
De *Successore per viam retractus. Ampl. 20.* 96
De *Successore indigente re locata. Limit. 5.* 121
De *Successoribus Rectorum hospitalis, Conseruatorum, Antianorum, aut Priorum ciuitatis. Limit. 6.* 125
De *Successore in Ducatu, in Principatu, aut Iurisdictione, Limit. 7.* 129
De *Succeßore succedente in re solita ex consuetudine locari. Limit. 11.* 147
De *Successore singulari Hebraeo. Limit. 12.* 151
De *Successore sciente rem locatam. Limit. 13.* 156
De *Successore singulari erga colonum partiarium. Ampl. 1. pag. 7*
De *Succeßore ex sententia Iudicis. Limit. 9.* 137

V

De *Venditore redimente rem sub pacto retrouendendi. Limit. 1.* 104
De *Viro, & uxore. Ampl. 6.* 29

FINIS.

Ego Fr. Io. Ludouicus Secchiarius Sacr. Theologiæ Lector, Ordinis Prædicatorum, Commiß. Inquisit. Venet. Librum hunc inscriptum, Tractatus de Successore Singulari, Auctore Bartholomæo Scapuccino I. V. D. Patritio Rauen. *diligenter perlegi, & quia in ipso nihil Sanctæ Fidei Catholicæ repugnans, piasque aures offendens reperi, iccircò prælo dimisi.*

Venet. die 15. Iunij 1620.

INDEX RERVM OMNIVM, AC NOTABILIVM QVAE IN HOC TRACTATV de Successore Singulari reperiuntur.



A

ACTIO *non datur vxori etiam soluto matrimonio ex promissione facta marito, nisi ei cedatur actio. limit.* 21.*num.*8.

*Actio personalis non transit in singularem successorem. Intellige, vt ibi. tit. de empt. num.*7.

Actio personalis datur conductori erga locatorem quando successor singularis stare non tenetur locationi. tit. de empt. num. 15.

Actio personalis etsi non detur contra successorem singularem, fallit tamen contra habentem causam ab altero ex contrahentibus. limit. 18.*num.*5.

*Actio personalis ex locato contra conductorem nõ transit in emptorem. limit.*21.*num.*6.

Actio spolij datur si non fuit seruata forma beneplaciti Apostolici. ampliat. 18.*num.* 11.

Actus gestus contra iuramentum valet, & tenet quãuis contrauenient incidat in periurium. limit. 16. *num.*6.

*Actus iuratus non tenet in praeiudicium tertij. ampl.*16.*num.*8.

*Actus voluntarius non dicitur quando fit ab eo, qui compelli poterat. limit.*8.*num.*7.

*Adiudicatio facta ex secundo decreto, an dicatur voluntaria, vel necessaria. limit.*8.*num.*6.

Administratores publici possunt trãsigere, & transactio valet. limit. 6.*num.*5.

*Alienans bona ecclesiae contra Paulinam constitutionem amittit beneficium. ampl.*18.*num.*8.

*Alienatio prohibita, nõ censetur prohibita locatio. limit.*1.*num.*10.

*Alleganti scientiam, onus probandi incumbit. limit.*13.*num.*12.

*Argumentum ab aequiparatis fragile. ampl.*8.*num.*1.

Authent. hoc si debitor, C. de pignor. non habet locum vt sit necessaria

†† *ex-*

excussio, quando adest pactum de non alienando rem hyppothecatam. limit. 14. num. 4.

B

BOna relicta in familia pro conseruatione agnationis non possunt locari ad longum tempus. ampl. 5. num. 5.

C

CAutela quod reseruetur semper ius coloni. limit. 41. num 8.
Cautela quod successor singularis stare teneatur locationi. limit. 14. num. 3.
Cautela pro conductore. limit. vlt. num. 13.
Castr. in l. Insulam, ff. locati, errauit. limit. 19. num. 9.
Cautela ad fauorem fisci, & Reipublicæ. ampl. 8. num. 9.
Censuarius vulgò appellatur emptor. limit. 3. num. 4.
Censuarius non priuatur re censuata si non requirat Dominum in alienatione rei censuatæ. lim. 3. num. 9
Clausula, Rebus sic stantibus, non habet locum si à principio fuit cogitatum de casu futuro. ampl. 19. num. 10.
Clausula, Quorũ tenores, habet vim indiuiduæ expressionis. limit. 3. num. 6.
Clausula, Pro quibus omnibus, declaratur. limit. 14. num. 11.
Clausula, Ponens, operatur, vt detur via executiua successori singulari. limit. 21. num. 10.
Clausula, Cum omni iure sibi competenti, quid operetur. limitat. 21. num. 11.
Clausulæ etiam amplissimæ regulantur secundum naturam cõtractus cui apponuntur. limit. 5. num. 6.
Colonus in fructibus pendentibus nõ habet ius. tit. de empt. num. 11.
Colonus partiarius, & qui nũmis colit, non differunt. tit. de emptore. num. 16.
Colonus partiarius non habet ius in fructibus donec non sunt separati. ampl. 1. num. 1.
Colonus partiarius non habet actionem personalem contra successorem singularem. ampl. 1. num. 3.
Colonus partiarius habetur loco socij. ampl. 1. num. 6.
Colono datur retentio aduersus singularem successorem etsi ei non detur actio. ampl. 1. num. 8.
Colonus, & conductor non tenentur perseuerare in conductione, & colonia, quando successor singularis stare non tenetur locationi. ampl. 2. num. 6.
Coloni Reipublicæ vtiles Domini efficiuntur. ampl. 8. num. 8.
Colonus nouus tenetur stare colono antiquo in Prædijs rusticis. lim. 10. num. 1.
Colonus nouus tenetur stare antiquo secundum aliquos etiam in Prædijs vrbanis. limit. 10. num. 2.

Colo-

Colonus aduersus successorem singularem habet ius excipiendi stante pacto de non expellendo. limit. 18. num. 4.

Colonus eijci non potest nisi sibi soluto interesse, etiam quod sit liquidatum, nec cautio de soluẽdo sufficit. limit. vltima, num. 8.

Colusio annullat actum, & quo pacto dicatur, & probetur. limitat. 8. num. 9.

Commendatarius rectius appellatur Administrator. ampl. 13. num. 3.

Commendatarius potest locare Commendam durante eius vita. ampl. 13. num. 4.

Commendatarius ità demum habet liberam fructuum administrationem, quatenus seruet de iure seruanda in alienatione. ampl. 13. num. 9.

Commendatarij perpetui hodiernis temporibus Prælati nuncupantur, & differunt a Commendatarijs tẽporalibus. ampl. 13. num. 5.

Commendatarij perpetui disponunt de fructibus sicut veri titulares. ampl. 13. num. 6.

Commendæ ad vitam non conceduntur immediatè pro necessitate Ecclesiæ, sed ad sustentationem vitæ. ampl. 13. num. 2.

Concessio Officij, & Potestariæ de iurisdictione rei feudalis non durat, nisi quousque durat cõcessio, etiam quod certum tempus in instrumento fuerit præfixum. ampliat. 11. num. 3.

Conducens à Fisco acquirit ius in re, quod non est in priuato. ampl. 7. num. 9.

Conducens à Fisco, & à Republica, etiam ad modicum tempus, acquirit ius in re, quod non est in priuato. ampl. 8. num. 4.

Conducens ad vitam, vel per decennium, non potest expelli à successore singulari. limit. 17. num. 7.

Conductor potest à locatione recedere, quando nõ interest locatori, vel eius hæredi. Intellige, vt in tit. de empt. num. 2. & 5.

Conductor, & colonus tenentur stare locationi, quando locator transfert ius exigendæ pensionis in successorem. ampl. 2. num. 7.

Conductor non debet spontè relaxare rem conductam, quando successor tenetur stare locationi, alioquin sibi præiudicat. ampliat. 4. numero 10.

Conductori non datur retentio aduersus vxorem pro damnis, & interesse. ampl. 6. num. 2.

Conductor soluendo pensionem successori, non obligatur ad obseruãtiam locationis pro toto tempore. ampl. 15. num. 7.

Conductor non potest soluere antè tempus præfixum in præiudicium successoris, dato quod locatio sit facta sollemniter, alioquin non liberatur. ampl. 16. num. 5.

Conductor ad longum tempus efficitur Dominus vtilis. limitat. 17. num. 2.

Conductor ad longum tempus est similis emphyteutæ. limitat. 17. num.3.

Conductor ad longum tempus dicitur possidere. limit.17.num.4.

Conductor expulsus de facto à successore singulari, habet remedium, vt restituatur ad pristinum statũ. limit.20.num.1.

Conductor, & colonus non dicuntur possidere, sed detinere. limit. 20. num.2.

Conductor habet regressum contra locatorem, si non potest frui re locata. Declara, vt in limit. 20. num.4.

Conductor expelli potest propria auctoritate. Intellige vt in limit.20. num.6.

Conductor potest expelli propria auctoritate quatenus sit certum ei nõ competere aliquam defensionem. limit.20.num.7.

Conductor, qui soluit omnes pensiones, neque à locatione potest depelli, illas repetit à locatore ad effectum soluendi successori, nè expellatur. limit.21.num.5.

Conseruatores deputati à publico dicuntur habere liberam administrationem limit.6.num.2.

Constitutio Gregorij XIII. ad fauorem volentium ædificare in Vrbe, declaratur. ampl.20.num.7.

Constitutio, quæ duos effectus operari potest contra ius commune, sat est quod vnum operetur. limit.3. num.3.

Consuetudo quando est notoria, non eget probatione etiam si non sit præscripta. tit.de empt.num.13.

Consuetudo in contractibus est attendenda. tit.de empt.num.13.

Consuetudo in materia locationis multum pollet. limitat. 10. numero 5.

Consuetudo interpretatiua non requirit præscriptionem. limitat. 10. num.6.

Consuetudo loci, quod dentur Prædia ad dimidiam fructuum, operatur quod successor teneatur stare colono. limit.11.num.1.

Consuetudo in contractu censetur tacitè expressa. lim.11.num.4.

Consuetudo notoria præiudicat successori singulari, vt stare teneatur locationi. limit.11.num.7.

Consuetudo Hebræorum inter eos est seruanda. limit.12.num.8.

Consuetudo probari debet in loco, in quo contractus fuit celebratus. limit.12.num.10.

Consules artium non possunt facere aliquem contractum præiudicialem in damnum vniuersitatis, nisi ad id habeant speciale mandatum. limit.6.num.3.

Consules artium non dicuntur habere liberam administrationem.lim. 6.num 4.

Contractus non debet claudicare. ampl.2.num.2.

Contractus non debent à voluntate vnius pendere. ampliat. 2. numero 3.

Con-

Contractus fisci vim legis obtinent. ampl.7.num.10.

Contractus locationis cadit sub statuto de contractibus minorum. ampl.9.num.2.

Contractus claudicat ad fauorem Ecclesiæ. ampl.15.num.10.

Contractus Principis obligat suum successorem. limit.7.num.7.

Cõtractus intelligitur celebratus iuxta consuetudinem. lim.11.nu.3.

Contractus à consuetudine recipiunt congruam interpretationem. lim. 11.num.5.

Conuentio quæ perpetuam obligationem inducit, seruari debet, & obligat successorem. limit.7.num.7.

D

Dictio (Sed) stat aduersatiuè in iure, & in facto. lim.19.nu.3.

Dictio (Liberè) habet significatum, idest sinè contradictione. limitat. vltima, num.2.

Differentia inter promissionem de vendendo, & venditionem. limit. 16.num.7.

Dispositio qualibet restringitur ad præsentia, non autem ad futura. limit.19.num.7.

Diuisio fructuum fit inter hæredes mariti, & vxorem ratione onerum matrimonij. ampl 5.num.4.

Doctori attestanti de consuetudine, non creditur. limit 12.num.9.

Dolus arguitur in eo, qui ad sui commodũ tacet veritatẽ. lim.vlt.nu.4.

Dominium naturale fundi dotalis residet penes vxorem, ciuile autem penes maritum. ampl.6.num.8.

Dominus directus non tenetur stare locationi factæ per emphyteutam, si res reuertatur ad dominum iure dominij, aut ex potestate feudali, etiam si habeat hyppothecam. ampl.11.num.1.

Dominus directus tenetur stare locationi, si ex acquisitione voluntaria rem emphiteuticam acquisiuit. ampl.11.num.5.

Dominus directus tenetur stare locationi quatenus locatio præcesserit culpam emphiteutæ bona fide. Est tamen dubia ista declaratio. ampl. 11.num.6.

Dominus finito tempore, potest cui vult locare. limit.10.num.3.

Dominus non tenetur ad aliquod interesse erga secundum colonum, si primus cogi non potest ad exfrattandum. limit.10.num.8.

Donans censetur donare ius quod habet. ampl.4.num.5.

Donare de alieno est ambitiosum. limit.6.num.7.

Donatio est contractus nominatus. ampl.4 num.4.

Donatio non cadit sub legitima admĩnistratione. limit.6.num.7.

Donatarius non tenetur stare locationi. ampl.4.num.1.

Donatarius omnium bonorum tenetur ad obseruantiam locationis. ampl.4.num.7.

Donatarius omnium bonorum tenetur

tur ad solutionem æris alieni, antè donationem contracti per donantem. ampl.4 num.8.

Donatarius tenetur stare locationi, si conductor habet obligata bona donantis. ampl.4.num.12.

E

ECclesia non tenetur stare locationi. ampl.8.num.1.

Ecclesia quæ remansit læsa in locatione facta seruatis seruandis, habet restitutionem in integrum, & qualiter dicatur læsa. ampliat. 12. num.1.

Ecclesia dicitur possidere bona, & non beneficiatus. ampliat. 18. num.2.

Emens à fisco tenetur stare locationi. ampl.7.num.7.

Emphyteuta potest imponere seruitutem rei emphyteuticæ in præiudicium sui, non in præiudicium Domini, & idem in feudatario. ampl. 11.num.2.

Emphyteuta non tenetur stare locationi factæ per Dominum directum. ampl.11.num.7.

Emptor non tenetur stare colono. tit. de empt.num.1.

Emptor fructuum tenetur stare locationi. ampl.10.num.12.

Emptor cum pacto redimendi, si locat, censetur locare de voluntate tacita venditoris. limitat. 1.numero 2.

Emptor tenetur trãsferre dominium in venditorem. limitat.1.numero 3.

Emptor cum pacto redimendi dicitur habere liberam rei emptæ administrationem. lim.1.num.4.

Emptor non tenetur stare locationi factæ per emptorem qui sinè causa renuit rem tradere. limit. 9. numero 8.

Episcopus per renuntiationem Episcopatus, retinet nihilominus nomen dignitatis. ampliat.17.numero 3.

Euictio non habet locum, quando res euincitur de sui natura. ampl.19. num.2. Limita vt num.10.

Expensæ factæ per colonum pendente tempore ad retrahendum, si non expectant dilationem, & sint vtiles, debent refici per retrahentem, pro quibus datur retentio. ampl. 20.num.4.

Expressa probibitio de re non alienanda, ius in ea constituit. limit. 14. num.2.

Extremum in spolio sufficit quod probetur respectu Ecclesiæ. ampl.18. num.4.

Extremum primum in spolio probatur ex instrumento locationis accedente solutione pẽsionis, nedum contra conducentem, sed etiam contra habentem causam ab eo. ampl. 18.num.5.

Extremum secundum in spolio probatur ex sola litis substentatione cum adminiculis. ampliat.18.numero 10.

Ex-

Extremum primum respectu conductoris, & coloni, probatur ex sola detentatione, & statu. limit. 20. num. 3.

F

Facilius conseruatur id quod est, quàm quod de nouo est faciendum. ampl. vlt. num. 2.

Fideicommissarius vniuersalis tenetur stare locationi, siuè locatio sit facta à testatore, siuè ab hærede grauato. ampl. 3. num. 8.

Fideicommissarius vniuersalis non tenetur stare locationi si locatio sit ad longum tempus. ampliat. 3. num. 12.

Fideicommissarius non tenetur stare locationi præcisè sed causatiuè. ampl. 3. num. 13.

Fideiussor, qui promisit sub hypotheca suorum bonorum manutenere locationem factam per beneficiatum, tenetur ad omnia damna, & interesse. ampl. 19. num. 7.

Fideiussor insolidum remanet obligatus etiam si contractus sit nullus aliquo respectu. ampliat. 19. numero 14.

Fideiussores assumuntur pro cautela à conductoribus in rebus beneficiati. ampl. 19. num. 12.

Fides in Principe summoperè est necessaria. ampl. 7. num. 11.

Filius tenetur stare locationi paternæ in bonis aduentitijs finito vsufructu. limit. 4. num. 1.

Filius hæres patris tenetur stare locationi factæ à patre de bonis aduentitijs. limit. 4. num. 7.

Filius hæres cum beneficio legis tenetur obseruare locationem à patre factam de bonis aduentitijs. limit. 4. num. 8.

Filius in legitima an teneatur stare locationi. limit. 4. num. 9.

Filius non tenetur stare locationi in legitima, quatenus vellit præstare cautionem. limit. 4. num. 10.

Fiscus etsì videatur necessarius successor, non tamen stare tenetur locationi. ampl. 7. num. 1.

Fisci fauor est, vt non teneatur stare locationi. ampl. 7. num. 2.

Fiscus quando est successor vniuersalis, stare tenetur locationi. ampl. 7. num. 3.

Fiscus quando ex maleficio succedit, non dicitur propriè hæres. ampl. 7. num. 4.

Fiscus etsì non repræsentet personã, repræsentat tamen respectu bonorum. ampl. 7. num. 5.

Fiscus habet priuilegium tacitæ hypothecæ, quod nõ habet Ecclesiam. ampl. 8. num. 3.

Fiscus in hijs, quæ antecedunt delictum, vtitur iure priuati. ampl. 7. num. 6.

Fraus probatur præsumptionibus, & coniecturis. ampliat. vltima, num. 5.

Fructus omnes pendentes pertinent ad successorem. ampliat. 1. numero 2.

Fructus qui dantur colono, dantur ratione impensarum & laborum. ampl. 1. num. 7.

Fructus, qui proueniunt post mortem reseruantur successori. limitat. 4. num. 2.

G

Glos. in l. arbores, §. 1. ff. de vsuf. declaratur. limitat. 19. numero 4. & 6.

H

Hebreus successor singularis tenetur stare locationi. limit. 12. num. 1.

Haeredes mariti non debent restituere vxori fundum dotalem non recepta cautione indemnitatis, aliàs sibi praeiudicant. ampliat. 6. numero 3.

Haeredes Praelati, & Beneficiati non tenentur ad manutentionem locationis, sicuti neque fideiussores dati. ampl. 19. num. 1.

Haeres tenetur stare locationi factae à defuncto. ampl. 3. num. 9.

Haeres grauatus pendente conditione fideicommissi, dicitur habere plenam rei administrationem. ampl. 3. num. 10.

Haeres vltimi possessoris tenetur stare locationi, si locator non expressit onus rei locatę, vel reticuerit. amp. 5. num. 12.

Haeres illius, qui maioratum locauit tenetur stare locationi. ampl. 5l num. 13.

Haeres vsufructuarij nō tenetur pręstare patientiam quod conductor fruatur re conducta finito vsufructu. ampl. 19. num. 4.

Haeres potest contrauenire facto defuncti, quando factum est nullum. ampl. 19. num. 6.

Haeres Beneficiati tenetur ad restitutionem pensionum si locatio non fuit impleta pro toto tempore locationis. ampl. 19. num. 8.

Hyppotheca dicitur praeambulum, & Antiphona ad alienationem. lim. 1. num. 9.

Hyppotheca, quam habet inquilinus pro obseruatione rei locatae, dissoluitur superueniente necessitate locantis. limit. 5. num. 3.

Hyppotheca apposita in contractu addit maiorem vim, sed nō alterat ipsum contractum. limitat. 5. numero 5.

Hyppotheca specialis quando dicatur ad effectum de quo in limitat. 14. num. 13.

Hyppotheca omnium bonorum praesentium, & futurorum dicitur generalis. limit. 14. num. 14.

Hyppotheca specialis dicitur quando quis obligauit omnia, & singula bona. limit. 14. num. 15.

Hyppotheca constituit ius in re. lim. 15. num. 2.

Hyppotheca non alterat naturam contractus. limit. 15. num. 4.

Hyppotheca per oblationem interesse

se soluitur. limit. 15. numero 5.

Hyppotheca omißa per errorem tacitè, subintelligitur in contractu, vbi de consuetudine est solita apponi. limit. 15. num. 9.

Hyppotheca generalis sufficit, vt successor teneatur stare locationi, accedente præsertim iuramento. lim. 15. num. 11.

I

IMmissus ex Saluiano interdicto, stare tenetur locationi. limit. 9. num. 4.

In beneficialibus non datur successio hæreditaria. ampliat. 12. numero 4.

In censu non venditur res, sed quodam ius colligendi. limitat. 3. numero 7.

In obligationibus facti quis cogi non potest præcisè ad factum. limit. 15. num. 7.

In re communi consensus omnium requiritur. Intellige vt ibi. ampl. 19. num. 5.

In vrbanis prædijs doctr. Bart. in §. permittitur, non viget, nec habet locum. limit. 10. num. 10.

Intereſſe venit de natura euictionis. ampl. 17. num. 9.

Intereße liquidatur per coniecturas. ampl. 17. num. 10.

Intereſſe debitum conductori habenti bona obligata, consistit in patientia præstauda. limitat. 15. numero 6.

Intereße debitum conductori, quia singularis successor non tenetur stare locationi, probatur iuramento in litem. limit. vltima, num. 3. Et idem est respectu intereße debitum successori singulari, quia non potest conductorem depellere. ibid. num. 3.

Iudæi tenentur seruare iura Romanorum. limit. 12. num. 6.

Iudex ità demum priuat alium sua possessione, quatenus ritè & rectè procedat, & non aliter. limit. 20. num. 8.

Iuramentum non alterat principalem dispositionem. ampliat. 19. numero 5.

Iuramentum obligat præcisè ad factum. limit. 16. num. 1.

Iuramentum non potest impleri per æquipollens. lim. 16. num. 3.

Iuramentum recipere tacitam ex natura actus, quando intelligatur. limit. 16. num. 4.

Iuramentum semper aliquid addit actui. limit. 16. num. 5.

Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. limit. 16. num. 8. Quod declara vt ibi.

Iuramentum non transit ad singularem successorē. lim. 16. nu. 9. Contrarium tamen est verius, vt ibi.

Iuramentum non afficit rem, sed personam. limit. 16. num. 12.

Iuramentum habet vim hyppothecæ. limit. 16. num. 15.

Iuramentum solum nō sufficit, vt successor præcisè stare teneatur locationi

tioni sinè probibitione de non alienando cum hyppotheca speciali. limit.16.num.16.

Iuramentum non conualidat contractum minoris ipso iure nullum, præsertim si præsupponat contractum dolosum, & fraudulentum. ampl. 9.num.5.

Ius agendi non transit in singularem successorem. tit.de empt.num.3.

Ius excipiendi transit in successorem singularem. tit.de empt.num.6.

Iustum pretium dicitur quod communiter inueniri potest. ampliat.12. num.9.

L

LAudemium debetur ex locatione ad longum tempus. limit. 17.num.5.

Legata, & donationes in pluribus differunt. ampl.4.num.3.

Legatarius non tenetur stare colono. ampliat.3.num.1. Intellige vt numero 4.

Legatarius in re legata dicitur hæres. Intellige vt in ampliat.3.numero 5.

Legatarius tenetur stare colono quando defunctus obligauit bona sua pro obseruantia contractus. ampl. 3.num.6.& idem si legauit saluo iure coloni, et pro primo anno.ibid. num.7.

Lex ædem, C. locati, declaratur. limit.5.num.2.

Lex Mosaica debet seruari inter Hebræos, limit.12.num.3.

Lex Mosaica dicitur lex particularis inter Hebræos. limitat. 12. numero 4.

Lex Mosaica inter Hebræos dicitur lex municipalis. limitat. 12.numero 5.

Lex Mosaica non seruatur inter Hebræos quando agitatur lis coram Iudice Christiano. limit. 12. numero 6.

Locare prohibitus, potest tamen fructus, & eorum commoditatem locare. ampl.vlt.num.10.

Locatio per mortem Prælati ipso iure extinguitur. ampliat.14. numero 3.

Locatio quomodo dicatur facta sub nomine dignitatis. ampliat.14.numero 9.

Locatio intelligitur facta sub tacita conditone, quatenus locator vixerit. ampl.19.num.3.

Locatio dicitur in fraudem, si sit facta ad longum tempus ab eo, qui non habet totale rei dominium. ampl.vltima, num.6.

Locatio dicitur facta ad longum tempus, si sit facta per decennium. Exemplifica vt ampl. vltima, numero 7.

Locatio, quæ est facta ad longum tempus, non valet nec etiam pro modico tempore. ampliat. vltima, numero 9.

Locatio facta à patre ad longum tempus, non obligat filium ad obseruantiam. limit.4.num.4.

Loca-

Locatio facta ab administratoribus viliori pretio quàm decet, rescindi potest. limit. 6. num. 9.

Locatio recipit interpretationem à solito. limit. 11. num. 6.

Locatio, & venditio apud Hebræos dicuntur vnum, & idem. limit. 12. num. 2.

Locatio fructuum bonorum ad vitam, non valet. limitat. 17. numero 13.

Locationi factæ per virum vxore infirma existente, hæredes stare non tenentur. ampliat. 6. numero 12.

Locationi ad longum tempus pupillus stare non tenetur, si est facta absq; Iudicis decreto; quod amplia, vt in ampliat. 9. num. 6.

Locationi fraudolentæ pupillus stare non tenetur. ampliat. 9. numero 9.

Locationi stare tenetur successor in præbenda, quatenus intercedant solemnitates. ampl. 12. num. 7.

Locator potest cedere ius quod habet emptori. tit. de empt. num. 4.

Locator tenetur conductori ad interesse, si non seruat ius locationis. tit. de empt. num. 9.

Locator quando iurauit obseruare locationem, tenetur præcisè ad obseruantiam si potest, nec liberatur præstando interesse. ampliat. 4. num. 9.

Locator non tenetur ad interesse, quando conductori potest obijci culpa. ampl. 4. num. 11.

Locator non tenetur ad damnum, & interesse conductori recipiẽti rem vti emphyteuticam, vel feudalem. ampl. 11. num. 4.

Locator reseruans ius conductoris, nõ dicitur transtulisse in successorem ius plenum, sed limitatum. limit. 18. num. 3.

M

Maritus dicitur dominus dotis impropriè. ampliat. 6. numero 9.

Maritus non tenetur stare locationi factæ ab vxore antè contractum matrimonium. Intellige vt num. 15. ampl. 6.

Maritus nedũ dicitur legitimus administrator rei dotalis, verum etiam legitimus administrator vxoris. ampl. 12. num. 5.

Maritus an pro primo anno matrimonij, quo inuenit fundum locatum, debeat habere pensiones fundi locati. limit. 11. num. 2.

Maritus sciens fundum dotalem esse locatum, tenetur stare locationi. limit. 21. num. 3.

Maritus, qui non expellit conductorem vxoris, facit rem vtilem, ideò pro rata lucratur pensiones. limit. 21. num. 4.

Mẽs Papę semper intelligitur talis, qualis debet esse de iure. limit. 3. num. 2.

Minor prohibetur contrahere, ne circonueniatur, & idem in filiofamilias

lias mutuum recipiente. ampl.19. num.9.
Mors ciuilis, & naturalis habēt eundem effectum quando concurrit eadem ratio. ampl.17.num.2.
Multa conceduntur ratione litium dirimendarum, quæ aliàs non concederentur. ampl.15.num.8.

N

NAtura locationis est, vt locator possit à locatione recedere pro indigentijs necessarijs. limitat.5. num.4.
Nobilitatem amittens, quæ est causa alicuius præeminentiæ, perdit etiã ipsam præeminentiam. ampliat. 17.num.4.

O

OBligatio fundi non sufficit pro manutentione locationis sinè pacto de non alienando. limit.14. num.5.
Obligatio generalis cum pacto de nō alienando, sufficit vt teneatur successor stare locationi. limitat.14. num.6.Contra num.7.
Obligatio generalis, non afficit rem, sicut specialis. limit.14.num.8.
Obligatio generalis sufficit, vt detur retentio conductori aduersus singularem successorem. limit. 15. num.8.
Omnis succedens ex causa lucratiua, stare nō tenetur locationi.ampl.4. num.2.& 6.
Opinio, quæ tuetur partes coloni partiarij, est multum æqua, saltem respectu fructuum primi anni, & in foro conscientiæ. ampliat. 1. numero 11.
Opinio Socini iun. confutatur. limit. 3.num.7.

P

PActum valet, quod dominus non possit locare alij nisi sibi pro eadem mercede. limit.10.num.9.
Pactum in locatione ad longum tempus, quod non transferratur vtile dominium, valet. limitat. 17.numero 11.
Pactum quod non transferratur vtile dominium in conductorem ad longum tempus, non potest apponi per tutorem. limit.17.num.12.
Pactum inter eos, qui rerum suarum liberam habent administrationem, quòd non transferratur vtile dominium in locatione, valet; nec ob id successor cogitur stare locationi. limit.17.num.14.
Pactum quod non expellatur conductor, valet, & successor stare tenetur. limit.18.num.1.
Pactum ne expellatur conductor, est vtile, ne locator teneatur ad interesse. limit.18.num.2.
Pactum cum alio celebratum ratione interesse, iuuat etiam illum cum quo non fuit gestum. limitat.18. num.8.

Paria sunt reseruare pensiones ad fauorem successoris, & quod nomen conductoris censeatur venditum. limit. 19. num. 10.

Pater habet plenam administrationem nedum respectu bonorum, sed etiam respectu successoris. limit. 4. num. 3.

Pater priuatur administratione ob alienationem bonorum aduetitiorum, sed non ob locationem ad longum tempus. limit. 4. num. 6.

Patri interdicta est alienatio bonorum aduentitiorum. limit. 4 numero 5.

Pęna priuationis ob alienationem ab emphyteuta factam, non incurritur per locationem ad longum tempus. limit. 17. num. 10.

Possessores maioratus in vita, dicuntur domini secundum aliquos, & vsufructuarij secũdum opinionem aliorum. ampl. 5. num. 2.

Possessor maioratus dicitur dominus in vita. ampl. 5. num. 3.

Possessor maioratus potest ad vitam suam constituere vsumfructum, & seruitutem in maioratu. ampl. 5. num. 7.

Possessio semper retinetur per Ecclesiam, nec dicitur vacare. ampl. 18. num. 9.

Præbendarius nullam dicitur habere administrationem præbendæ, licèt agat, vel defendat. ampliat. 12. num. 6.

Prælatio, quę datur censuario, non intelligitur cum præiudicio alterius. limitat. 3. numero 1.

Prælati successor tenetur stare locationi, quæ fuit facta seruatis seruandis, & idem in successore Commendæ. ampl. 13. num. 7.

Prælatus nullam habere dicitur administrationem circa futura, sed tantum circa ea, quæ de præsenti competunt. ampliat. 14. numero 2.

Prælatus potest ad modicum tempus locare durante eius vita. Declara vt ampl. 14. num. 4.

Prælatus potest ad modicum tempus locare, quatenus locet nomine Ecclesię cum debitis requisitis. ampl. 14. num. 6.

Prælatus tenetur stare locationi duabus concurrentibus. ampliat. 14. num. 8.

Prælatus pro Ecclesia semper debet meliora prospicere. ampliat. 16. num. 2.

Prælatus transigendo, non potest debitum liquidum remittere. limit. 6. num. 8.

Primogenitus, qui cõsensit locationi, stare tenetur. ampl. 5. num. 9.

Prohibitio alienationis non comprehendit alienationem necessariam. ampl. 20. num. 9.

Prohibitio de non alienando iurata cum hyppotheca bonorum, impedit translationem dominij. limit. 20. num. 13.

Prohibitus alienare cum iuramento, non etiam poterit locare ad lõgum tempus. limit. 17. num. 9.

Pro-

Proprietarius finito vsufructu, non tenetur stare locationi, nisi vsufructus esset in re, quæ de sui natura non afferet fructum nisi in singulo quinquennio. ampliat. 10. numero 1.

Promissio de non expellendo cōductorem pendente tempore locationis, non comprehendit casum necessitatis. limit. 5. num. 7.

Promissio iurata obligat ad obseruantiam, nec per solutionem interesse promittens liberatur. limitat. 16. num. 2.

Promissio sub fide habet vim iuramēti. limit. 16. num. 10.

Pupillus stante statuto quod in contractibus minorum seruari debeat certa sollemnitas, non tenetur stare locationi factæ per eius tutorem, & curatorem. ampliat. 9. numero 1.

Pupillus de iure communi tenetur stare locationi ad modicum tempus factæ per tutorem finita tutela. ampliat. 9. num. 8.

Pupillus locationi factæ per suum tutorem stare non tenetur, quando non constat de legitima tutela. ampl. 9. num. 10.

Pupillus in omnem casum aduersus locationem nulliter factam, habet restitutionem in integrum, vel aduersus vnum, aut aduersus alium. ampl. 9. num. 11.

Q

QVando locator transfert ius exigendæ pensionis in successorem, conductor & colonus stare tenentur locationi. ampl. 2. num. 7. quod amplia vt num. 8. & 9.

Quilibet administrator à lege, vel ab homine, canonicè cōstitutus, locare potest, & omnis successor stare tenetur. limit. 6. num. 6.

Quod emptor stare non teneatur locationi est inductum fauore emptoris. ampl. 2. num. 5.

R

RAtificatio requirit eandem sollemnitatem, quæ est necessaria in confectione actus. ampliat. 15. num. 2.

Redimens rem cum pacto de retrouendendo, tenetur ad omne interesse conductori habenti rem ab emptore, quatenus nollit stare locationi. limit. 1. num. 11.

Regula finito iure datoris, finitur ius acceptoris, declaratur. ampliat. 3. num. 11.

Remedia plura quando euentualiter sunt intentata, competere possunt si tendunt ad vnum finem. limit. 20. num. 5.

Res Ecclesiæ non possunt alienari sinè sollemnitatibus à iure requisitis, nisi in certis casibus, et vbi sūt solitæ alienari. ampl. 5. num. 6.

Res obligata pro obseruatione pacti, impedit translationem dominij, si concurrat expressa probibitio de non alienando. limitat. 16. numero 14.

Res quæ ex necessitate reuertitur ad suum auctorem, operatur, vt omne ius in ea appositum resoluatur. limit. 1. num. 7.

Res quæ commodam patitur diuisionem, in totum locari non potest à consocio. limit. 2. num. 9.

Reseruatio nihil operatur si nihil reseruabile inueniat. limitat. 11. numero 9.

Resignans beneficium, tenetur nedum restituere pensiones anticipatè solutas conductori, verum etiam ad omne interesse, quatenus sit obligatus ad manutentionem. ampl. 17. num. 7.

Resignatarius non tenetur stare locationi. ampl. 17. num. 1.

Retrahēs rem per viam retractus ex vi statuti, vel consuetudinis, non tenetur stare locationi, vel coloniæ. ampl. 20. num. 1.

Retrahēs rem per viam retractus, vtitur iure emptoris in omnibus, & per omnia. ampliat. 20. numero 2.

Retrahēs rem in tempore præfixo per statutum, non tenetur stare locationi. ampl. 20. num. 3.

Retrahens rem cogitur stare locationi, quatenus primus emptor stare teneatur. ampl. 20. num. 6.

Retrahens rem lege permittente, non tenetur ad aliquod interesse colono, aut inquilino. ampliat. 20. num. 8.

S

Sciens rem esse locatam, tenetur stare locationi. limit. 13. numero 1.

Sciens censetur renuntiare iuri quod habet, si cum scientia concurrit aliquis actus positiuus. limit. 13. num. 6.

Scientia in genere sufficit. limit. 13. num. 4.

Scientia indiuidualis tunc est necessaria quando agitur de incurrenda pęna, vel de iure quæsito tollendo, vel de priuatione iuris. limitat. 13. num. 11.

Sciētia sufficit, etiam per relationem. limit. 13. num. 13.

Semen factum dicitur expensa necessaria, & tamquàm instrumentum fruendi. ampl. 20. num. 5.

Societas non datur cum colono partiario in fructibus pendentibus. ampliat. 1. num. 4.

Socius tenetur stare locationi rei communis factæ per alterum socium. limit. 2. num. 1.

Socius in re communi dicitur habere partem in qualibet parte. limit. 2. num. 2.

Socius potest vti tota re cōmuni dummodo ad vsum destinatum vtatur. limit. 2. num. 3.

Socius, qui fundum communem alte-

ro socio inuito, & recusante facit colere, & ligonizare, non tenetur respondere alteri socio de fructibus. limit.2.num.8.

Socius tenetur stare locationi rei com munis factæ à consocio tribus concurrentibus. limitatione 2.numero 6.

Socius in dubio intelligitur locare partem suam. limitat. 2.numero 10.

Socius non tenetur stare locationi rei communis, quæ non est solita locari. limit.2.num.7.

Socius cogi potest ad locandum potiùs consocio rem communem pro pretio quod inueniri potest, quàm extraneo. limitatione 2. numero 11.

Socius sinè distinctione præfertur extraneo. limitatione 2. numero 12.

Sollemnitas eadem requiritur vbi agitur de nouo actu faciendo, perindè ac si fieret ab initio. ampl. 15. num.5.

Solitum inducitur per vnicam vicem. limit.2.num.8.

Solutio anticipata nunquam admittitur in præiudicium tertij. ampl. 16.num.6.

Solutio facta incipienti mori, non afficit successorem. ampliat.16.numero 7.

Solutio pensionis anticipatè facta, iudicatur tamquàm de pensione exacta. ampliatione 16. numero 9.

Spoliatus facto proprio, non habet remedium restitutorium. Fallit, vt in ampl.18.num.7.

Statutum, quod missus in possessionem vigore sententiæ debeat manuteneri expulso debitore, & quocumque alio, intelligitur nisi habeat hyppothecam. limitat. 15. num.10.

Statutum de contractibus minorum comprehendit quemcumque contractum in quo minor lædi potest. ampl.9.num.3.

Statutum generale, & vniuersale, quod de contractibus minorum loquitur, comprehēdit quemcumque contractum, & quasi contractum. ampl.9.num.4.

Statuta facta per Principem per modum pacti cum suis subditis, obligant successorem. limitat.7.numero 3.

Stylus debet formiter probari. limit. 14.num.12.

Succedens in præbenda, & canonicatu, aut in simplici beneficio, non tenetur stare locationi sui prædecessoris, siuè locatio sit facta ad modicum tempus, siuè non. ampliat. 12.num.11.

Succedens in plenum ius, regulariter non tenetur stare locationi. lim. 1.num.6.

Succedens ex primo decreto, tenetur stare locationi. limitat. 8. numero 1.

Succedens ex secundo decreto, dicitur succedere in plenū ius. lim.8.n.2.

Succedens per sententiam iudicis, non tenetur stare locationi. ampliat. vlt. num. 4.

Succedens ex secundo decreto, non tenetur stare locationi. limitatione 8. numero 3. Contrarium numero 4.

Succedens ex secundo decreto, dicitur successor necessarius. limitat. 8. num. 5.

Succedens ex primo, vel secundo decreto, non tenetur stare locationi, quando locatio fuit facta in fraudem. limitatione 8. numero 8.

Succedens ex sententia iudicis tenetur stare locationi. limitatione 9. num. 1.

Succedens per translationem iuris vnius in alium, tenetur stare locationi. limitatione 9. numero 3.

Succedens ex Saluiano interdicto, non succedit in plenum ius. limitat. 9. num. 5.

Succedens per sententiam iudicis, tenetur stare locationi, nisi locatio sit facta in fraudem. limitat. 9. num. 6.

Succedens per sententiam Iudicis, ità demum stare tenetur locationi, quatenus possessor, cui per sententiam res aufertur sit bonæ fidei, secus si sit malæ fidei. limitat. 9. nu. 7.

Successor singularis dicitur habere ius plenum in re, colonus verò nullum ius habet. tit. de empt. numero 17.

Successor singularis non debet lucrari fructus in detrimentum coloni partiarij. ampliatione 1. numero 9.

Successor singularis non tenetur stare colono respectu annorum futurorum. Quod declara vt in ampl. 1. num. 12.

Successor singularis sicut non tenetur stare colono, & conductori, ità è conuerso colonus, & conductor stare non tenentur. ampliat. 2. numero 1.

Successor singularis non tenetur stare locationi, quando non interest locatoris. ampliatione 2. numero 4.

Successor eius, qui maioratum instituit, stare tenetur locationi. ampliat. 5. num. 8.

Successor in maioratu quando non tenetur stare locationi, ità neque conductor stare tenetur etiam volente successore. ampliat. 5. numero 10.

Successor in maioratu non tenetur ad solutionem æris alieni. ampliatione 5. numero 14. Intellige vt numero 15.

Successor in maioratu tenetur stare locationi, si locatio fuit facta pro sustentatione personæ, aut pro manutentione maioratus. ampliat. 5. num. 16.

Successor Ecclesiæ non tenetur stare locationi. ampliat. 8. num. 2. Contrarium, num. 6.

Successor locatoris rei emphyteuticæ

itâ demum stare tenetur locationi, quatenus emphyteusis sit haereditaria. ampliatione 11.numero 8.

Successor in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, non tenetur stare locationi. ampliatione 11. numero 10.

Successor Commendatarij non tenetur stare locationi. ampliat. 13. num.1.

Successor in Episcopatu,& cura,non tenetur stare locationi. ampl.14. num.1.

Successor non tenetur stare,nec etiam locationi triennali. ampliat.14. num.5.

Successor non tenetur stare locationi, quando locatio vitio nullitatis laborat. ampliat.14 num.7.

Successor beneficiati recipiens pensiones locationis, non etiam tenetur stare locationi. ampliat. 15. numero 1.

Successor recipiendo pensionem rei locatę, censetur locationem approbare. ampliatione 15. numero 3. & 4.

Successor potest expressè confirmare locationem à suo praedecessore factam. ampliat.15.num.6.

Successor Praelati non tenetur stare locationi sui praedecessoris, dato etiam quod ei soluisset pensiones anticipatas. ampliat.16. numero 1.

Successor Praelati tenetur stare locationi etiam anticipata solutione celebrata, si facta sit seruatis seruandis. Distingue tamen, vt in ampliat.16.num.3.& 4.

Successor non tenetur stare locationi factae per Praelatum resignātem, etiam si sit facta nomine Ecclesiae. ampliat.17. num.5.

Successori in beneficio Ecclesiastico competit spolium aduersus conductorem occupantem bona beneficij, & Ecclesiae. ampliat.18.numero 1.

Successor agēs spolio nomine proprio, intelligitur tamen egisse nomine suae Ecclesiae. ampliat.18. numero 3.

Successor singularis non tenetur stare locationi nullę, & fraudulentae. ampl.vlt.num.1.

Successor non tenetur stare locationi factae lite pendente. ampliat. vlt. num.3.

Successor tenetur stare locationi, quādo translatio fit ex necessitate. limit.1.num.8.

Successor singularis tenetur stare locationi, etiam si ipsa re locata indigeat. limitatione 5. num. 1.8. & 10.

Successores Rectorum hospitalium, & Priorum Ciuitatis stare tenētur locationi factae per eorum antecessores. limit.6.num.1.

Successor in Principatu, territorio, aut iurisdictione, non ligatur conuentionibus initis cum suo antecessore. limit.7.num.1.

Successor in Principatu ex noua causa,

sa, potest recedere à conuentionibus sui prædecessoris. limit.7.numero 4.
Successor quilibet habens causam ab eo, qui alicui conuentioni est obnoxius, ei stare tenetur. limitatione 7.num.5.
Successor in Ducatu, & Principatu tenetur stare locationi factæ per suum prædecessorem. limitat. 7. num.6.
Successor in dignitate per electionē, non tenetur stare locationi. limit. 7.num.8.
Successor non tenetur seruare contractum sui prædecessoris, qui tendit ad diminutionem iurisdictionis, nisi diminutio sit modica. limitatione 7.num.9.
Successor singularis tenetur stare locationi, vbi viget consuetudo dandi prædia ad dimidiam fructuum. limit. 11.num.2.
Successor tenetur stare locationi, etiā dato quod ei fuerit denuntiatum in genere rem esse locatam. limit. 13.num.8.
Successor singularis tenetur stare locationi quando locator promisit non alienare, vendere, aut de re locata contractum non facere. limitatione 14.num.1.
Successor singularis tenetur stare locationi quando conductor habet obligata bona locatoris. limitatione 15.num.1.
Successor singularis tenetur stare locationi quando conductor habet bona locata obligata non præcisè, sed causatiuè. limitatione 15.numero 3.
Successor singularis tenetur stare locationi ad longum tempus. limit. 17.num.1.& 6.
Successor singularis tenetur stare locationi quando locator pro successore reseruauit pensiones sibi debitas. limit.19.num.1.
Successor singularis stare tenetur locationi quando venditor vnà cum ipso cedit ius competens occasione rei. limitatione 19.num.8.
Successor singularis habet regressum pro sui interesse contra locatorem, quando conductorem expellere non potest. limitatione vltima, num.1.
Successor singularis habet facultatem soluendi interesse debiti conductori, qui aliter expelli non potest, & postmodum à venditore recuperare. limitatione vltima, num.7.
Successor singularis potest agnoscere bonam fidem conductoris soluendo interesse, non expectato iudicio. limitat.vlt.num.9.

T

TAcita hyppotheca nō inducitur nisi expresſè caueatur. ampliat.8.num.7.
Tempus modicum dicitur infra decennium. limitatione 17.numero 8.

Tempus initi contractus inspici debet ad illius validitatem, nō quod potest in futurum euenire. ampl. 15.num.9.

Tempus longum dicitur iudicis arbitrio. ampl.vlt.num.8.

Text. in l. Iulianus, §. pen. ff. de act. empt.declaratur. limit.18.nu.9.

Text.in l.idem, §.fin.ff.pro soc.declaratur. ampl.1.num.5.

Text.in l.congruit, C. de locat.præd. ciuil.lib.11.declaratur. limit.10. num.4.

Text. in l.congnouimus, C. de manc. & col.patr.lib.11.declaratur. ampliat.7.num.8.

Text.in l.arbores, §. quidquid, ff. de vsufruct.declaratur. ampliat.10. num.10.

Text. in l. si creditor, §.fin. ff. de distract.pign.declaratur. limit.14. num.9.

Transactio facta cum antecessore, ità demū ligat successorem si sit facta bona fide, & cum alijs requisitis. ampl.17.num.6.

Tutor, sicut bona pupilli alienare non potest absque debitis sollemnitatibus, neque ad longum tempus locare etiam cum pacto renouationis. ampl.9.num.7.

Tutor testamentarius potest bona pupilli locare attenta iuris dispositione, etiam non decreta administratione aliquibus concurrentibus. ampl.9.num.12.

V

Venditor debet certiorare emptorem, quod res sit locata. limit.vlt.num.5.

Venditor non tenetur ad intereße erga conductorem si expellatur propria culpa. limit.vlt.num.12.

Venditori est imputandum si non reseruat ius conductoris.tit.de empt. num.8.

Venditor cedendo actionem colono, liberatur ab interesse. limitat. 18. num.10.

Vendita re, censetur quoque venditi fructus. tit.de empt.num.10.

Venditor tenetur restituere pensiones receptas, & ad interesse conductori, quando emptor non cogitur stare locationi. ampl.17.num.8.

Venditor censetur vendere ius, quod habet in re, si emptor sciebat onus rei. limit.13.nu.2.& 5.

Vendens rem alienam scientis alienā, non tenetur de euictione, nec ad pretij restitutionem. limitat.13. num.3.

Venditor exprimendo rem eße locatam, videtur reseruare ius conductoris. limit.13.num.4.

Venditor non habet necesse omnia in indiuiduo denuntiare emptori. limit.13.num.10.

Vsufructuarius particularis non tenetur stare colono. ampl.3.nu.3.

Vsufructus locari potest. ampl.10. num.3.

Vsu-

Vsufructuarius si vult exigere pensiones, tenetur stare locationi, quãdo illas testator ad sui commodum reseruauit. limit.19.num.6.

Vsufructuarius locans rem tamquàm dominus, cum esset simplex vsufructuarius, tenetur ad omne interesse, secus si locet tamquàm vsufructuarius. ampl.10.num.4.

Vsufructuarius debet habere pensiones, quando nominatim fuerunt comprehensæ in legato. limit.19. num.2.

Vsufructuarius omnium bonorum nõ tenetur stare locationi factæ per testatorem. ampl.10.num.5. Contrarium num.6.

Vsufructuarius dicitur cõstitutus procurator in re propria. ampl. 10. num.8.

Vsufructuarius tenetur pati, quòd tot bona vendantur a proprietario pro satisfactione ęris alieni. ampliat. 10.num.9.

Vsufructus præbendæ, & beneficij in alium transferri potest. ampl.12. num.2.& 3.

Vsufructuarius habet tantum administrationem respectu vsufructus, sed nõ respectu rei. ampl.13.nu.8.

Vsuarius tenetur stare locationi. ampliat.10.num.11.

Vxor non tenetur præcisè stare locationi, sed causatiuè. ampliat.6. num.1.

Vxor non tenetur stare locationi, quæ non est facta suo nomine. ampl.6. num.4.

Vxor tenetur stare locationi factæ per virum si non excedat annum, secus si excedat metam anni. ampliat.6.num.11.

Vxor recipiẽdo pensiones locationis, dicitur approbare ipsam locationem, & ei stare tenetur. ampl.6. num.13.

Vxori non datur actio contra conductorem fundi per virum locati, nisi cedatur actio per hæredes mariti. limit.21.num.7.

Verba vniuersalia recipiunt restrictionem, quando à lege sunt prolata. limit.3.num.8.

FINIS.

Huppertus Faber correxit Superiorum concessione.



AVCTOR AD LECTOREM.



AMETSI, benigniſſime Lector, pluribus negotijs intentus, vix aliquid boni Typis edere valeat, ego tamen, etſi munera Aduocationis quotidiè impeditus, rebuſq́ue publicis quandoque occupatus, breue tempus ſcribendi ſuperfuerit, non tamen ceſſaui aliquid in intellectu componere, quando à negotiorum tumultu reſpiraueram, & in mentem maximè venit compilandi Tractatum hũc de Succeſſore Singulari, quem longo vſu, & experiẽntia in foro comprobata, ſum expertus, & pro viribus correxi. Quid autem in hoc Libro, vtilitatis, aut delectationis allaturus ſim, tuum eſto iudicium; de me nihil dicam, niſi dumtaxat meum fuiſſe ſcopum, aliquam laudem Patriæ meæ, ſimulq́ue omnibus vtilitatem afferrendi, non autem vt mihi ſolum intus, quod aiunt, canerem. Multa ſuperuacua prætermiſi, & communiora tantum, ſeu vtiliora complexus ſum. Accipe

cipe

cipe igitur, candide Lector, Opuſculum hoc, & à mordacibus generosè defendas, & ſi quid boni ex eo habueris, Deo gratias agito, quod autem mali inueneris, benignè corrigito. Vale.



TRACTATVS
DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE EMPTORE.



SVMMARIVM.

1 *Emptor non tenetur stare colono.*
2 *Conductor potest à locatione recedere quando non interest locatori, vel eius hæredi. Intellige vt ibi num. 5.*
3 *Ius agendi, non transit in successorem singularem.*
4 *Locator potest cedere ius, quod habet, emptori.*
6 *Ius excipiendi transit in successorem singularem.*
7 *Actio personalis non transit in singularem succeßorem. Intellige, vt ibi.*
8 *Venditori est imputandum si non reseruat ius conductoris.*
9 *Locator tenetur conductori ad intereſſe si non reseruat ius locationis.*
10 *Vendita re, censentur venditi quoque fructus.*
11 *Colonus in fructibus pendentibus nullum ius habet, ideò pars colonica venit in venditione, quod ampliatur, vt ibi, & limitatur num. 12.*
13 *Consuetudo quando est notoria non eget probatione, etiam si non sit præscripta.*
14 *Consuetudo in contractibus est attendenda.*
15 *Actio personalis datur conductori erga locatorem, quando successor singularis stare non tenetur locatori.*
16 *Colonus partiarius, & qui nummis colit, non differunt.*
17 *Succeßor singularis dicitur habere ius plenum in re, colonus verò nullum ius habet.*



NITIVM meum à Domino. Fuit semper famosa, & singularis illa lex in ore Praticantiũ, de qua in tit. *C. locati*, incipit empto-

rem, quo loci talis facti species proponitur, nempè emptorem, qui sibi rem aliquam pretio com parauit à domino, si ea reperitur alteri locata, non habere ne-
1 cesse stare colono, † & hoc pacto legitur commune summarium illius tex. vt ibi per Bart. & vbique Scribentes. In aliquibus tamen Pandectis non legitur illud verbum, emptorem: sed em ptori, vt sit sensus conuersus, scilicet, quod colonus in casu cō trario, non teneatur stare emptori; qui quidem intellectus absolutè, & de per se consideratus, continet veritatem, vt animaduertit ibi glos. in verbo emptorem, per tex. satis apertum *in l. qui fundum, ff. locati*, quòd non videtur sinè ratione, vt correlatiuorum eadem sit dispositio, veluti in ijs terminis declarat Cephal. *cons.* 255. *nu.* 25. quem fuit sequutus Surd. *cons.* 331. *sub nu.* 19. *lib.* 3. & latè agit Becc. *consil.* 45. *n.* 23. & in materia conferūt ad propositum scripta per Euerardū *in sua cent.* Argumento à correlatiuis, & oportunè suo loco dicemus.

Est tamen aduertendū, quòd tex. *in d. l. qui fundum*, non videtur ea niti ratione, vt conductor inquam possit à locatione recedere eo respectu, quòd correlatiua æqua lance debeant iudicari: sed ibi sic deciditur, quia nil
2 interesset hæredi † locatoris, quod conductor perseueraret in conductione, cum fundus iam alteri esset legatus, vt ibi dicitur, quasi vellet inferre, quòd vbi fuisset actum de interesse locatoris, vel eius hæredis, aliud fuisset statutum, non attento argumento à correlatiuis: neque potuit emptor ex persona sua depellere co
3 lonum, cum † ius agendi nō transiret in singularem successorem, vt nouissimè cōsiderat Illustrissimus D. Mant. *de tacit. conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 43. Porrò si illa ratio correlatiuorum esset attendenda, sequeretur, quòd non posset locator cedere ius suum emptori, cum semper pos set conductor se tueri illa ratio-
4 ne, cuius contrarium † probat Card. Mant. *in locis proxi. citat.* dum post Bart. Rom. & Alex.
5 *sub n.* 44. & 45. concludit, † non posse conductorem à locatione resilire, si in successorem transtulit ius exigendæ pensionis, vel ei iura sua cessit, argumentum euidens, quòd pōdus huiusmodi intellectus, non pendet ab illa consideratione, per aliquos Doctores animaduersa; sed duntaxat fundatur in interesse ipsius locatoris, vt legitur in text. *d. l. qui fundum*, ibi, *quia nihil hæredi interesset*.

Quidquid tamen sit de prædictis, sufficit nobis in proposito,

to, quòd verus & germanus sensus tex. *d. l. emptorem*, sit vt legatur emptorem, & dicamus, emptorem nõ teneri stare locationi; quòd quidem patet manifestè secundum glos. *in ver. emptorem*. quia Iuriscon. post regulam ponit exceptionem, ibi: *nisi ea lege emerit*, idest nisi hoc pacto celebrata fuerit emptio, vt conductor non expellatur, alioquin exceptio non esset de regula, vt requiritur secundum gl. *in Rubr. de reg. iur. in 6*. tunc enim etsi ius agendi non transeat in singularem successorem, vt diximus,
6 transit † tamen ius excipiendi, *l. dolia, §. 1. ff. de contrah. empt.* cum alijs adductis per Surd. *decis. 163. num. 7.* præsertim quo ad effectum retentionis, vt latè comprobat Honded. *cons. 14. vol. 1. num. 23. cum seq.* & firmat glos. *in d. l. emptorem, in ver. emit, in fine*.

Ex prædictis itaque sumitur Conclusio negatiua, ꝙ emptor non tenetur stare colono vel inquilino, quod idẽ est quoad effectũ præsentis inspectionis, licet inquilinus in ciuitate, colonus autem in rure magis propriè dicatur, iuxta glo. *in d. l. emptorem, in ver. Colono, in principio*, & hoc ibi in emptore notant Bart. Bal. Salic. Angel. & alij, nuncupatim Alex. *cons. 118. lib. 5.* & plerique, quos adducit Gomez. *Var. resol. cap. 3. nu. 9. vers. item quæro.* Petr. Duen. *Reg. 240.* & Couar. *Var. resol. c. 15. lib. 2. in princ. cum alijs pluribus*; & illa sanè vtitur ratione Bart. *in dict. l. emptorem, in princ.* quia, inquit, locator pro obseruatione locationis dicitur obligatus personaliter erga conductorem; ideò huiusmodi a-
7 ctio, † vtpotè personalis, non debet dari contra emptorem, & singularem successorem, *l. fin. §. fin. de contrah. empt.* quæ tamen ratio non transit sinè difficultate: quia etsì regulariter actio personalis non detur contra Tertium, *l. fi. C. de hæred. act.* non tamen locum habet, quo ad affectum retinendi, vt iam dixi; & hoc pacto solet limitari illa Regula, vt per Illustris. Mantic. *de tacit. conuent. tom. 1. lib. 5. tit. 11. nu. 19.* Vndè saltem hoc respectu esset danda retentio ipsi colono, vel conductori, cum facilior sit retentio, quàm actio, vt in istis terminis sentit Osasc. *decis. 82. num. 10.* Verum rationes Osasci non sunt tutæ: quia re vera colonus nõ dicitur habere aliquod ius reale in fructibus, vt probat Rom. *in cons. 309.* & alibi melius explicabitur.

Ceterum Alex. *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, sub num. 1. vers. probatur*, adducit aliam rationem non contemnendam, propter quam emptor nõ te-

teneatur ſtare colono, & dicit
8 hoc ita euenire: quia † eſt imputandum vẽditori, quare dum voluntariè alienat, non reſeruat ius coloni, vel conductoris; vnde iure merito damnum, quod quis ſua culpa ſentit, eſt ei imputandum, & per conſequens ob ſui culpam debet teneri ad intereſſe, *l. ſi merces, §. 1. ff. locat.* Illud enim non habet contradictorem, quod in illis caſibus, in
9 quibus † ſucceſſor non tenetur ſtare locationi, cõductor, vel colonus habet regreſſum ad intereſſe, contra locatorem ob culpam, quam præſtitit, alienando rem abſque reſeruatione iuris alterius. Petr. Duen. *in d. Reg.* 240. *limit.* 10. Cagnol. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. num.* 221. *in fin.* Gomez. *Var. reſol. c. 3. lib. 2. nu. 9.* Oſaſc. *deciſ.* 82. *num.* 1. Plotus *in l. ſi quando, num.* 191. *C. vnde vi.* Berous *q. 97. nu.* 4. & Grat. *conſ.* 95. *num.* 27. *& ſequen. volum.* 1. Et hæc eadem ratio videtur etiam fuiſſe de mente Bart. *in d. §. ſi vir in quinquennium, in prima oppoſit.* ſi benè aduertatur, dum ſoluendo contrarium *de d. l. emptorem,* reſpondet, illam habere locum, vt quidem emptor non teneatur ſtare colono, eo quia, ibi tranſlatio fiebat ex voluntate, & ſic alludit in effectu cum ratione Alexan. quaſi quòd aliter eſſet dicendum, ſi tranſlatio fuiſſet neceſſaria, quæ ratio poteſt eſſe bona.

Fortè tamen, & tertio loco non eſſet nouum dicere, quòd illa ſola ratione emptor nõ teneatur ſtare colono, vel conductori, ex quo dum venditor (nulla facta reſeruatione) rem diſtra-
10 hit, † cenſetur vendere omnes fructus, quoquomodo exiſtentes in re vendita, *iuxta text. l. Iulianus, §. ſi fructus, ff. de act. empt.* tàm quam partem fundi, *l. fructus, ff. de rei vend.* & Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 7. num. 37. cum ſeq.* cum alias emptor non fuiſſet empturus, & hi augeant æſtimationem, *l. ſi quod ex Pamphila, ff. de leg.* 2. & licet non præſumatur quis vendere partem coloniçam, ad no. per Bart. *in d. l. fructus, ff. de rei vendic. in vltima oppoſit.* tamen hoc poſſet procedere ſecundum Iacob. de Bellapert. *in d. l. emptorem,* ſi fructus eſſent recollecti, ſecùs in fru
11 ctibus † nondum perceptis, in quibus colonus nullũ habet ius, vt per Oſaſc. *deciſ.* 82. *num.* 3. *per text. in l. cum plures, §. meſſem, vbi not. gloſ. ff. locat.* & eſt text. *in l. ſi ſeruus, §. locaui, ff. de furt.* qua ratione in propoſito dicũt Docto. quòd venditor non ſolum cẽſetur vendere rem cum fructibus, ad dominum ipſum ſpectantibus; verum etiam fructus, ad colonum pertinentes, ſaluo tamen

men iure coloni, aduersus venditorem, vt per Surd. *decis.* 294. *num.* 6. & plenius per Tessaur. *decis. Pedem.* 55. Alex. *in d. §. si vir, num.* 17. *ff. sol. matr.* Ias. *in l. cum filiusfamilias, num.* 180. *cum seq. ff. de leg.* 1. Cephal. *cons.* 181. *num.* 16. *lib.* 2. Mandel. *consil.* 138. Burs. *cons.* 71. *num.* 26. & 27. *lib.* 1. & Surd. *decis.* 265. *numero* 8. & latius *num.* 53. quod adeò verum esse fatentur, vt illud etiam procedere contendāt, si venditor reseruet partem colonicam, & is faciat ad manus suas, quia cum re vera hic nullus reperiatur colonus, saltem relatiuè ad dominum, huiusmodi reseruatio nihil operatur, nisi nominatim expresserit, se esse colonum, veluti not. Bart. *in l. si quis legauerit, ff. de leg.* 1. quem sequitur ibi Ias. dicens, eius opinionem Communiter teneri; & hoc idem testatur Surd. *in d. decis.* 194. *num.* 8. & firmat pariter Tessaur. *in d. decis. num.* 3. & nouissimè comprobat Illustriss. Mantic. *de tacit. conuent. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 27. *num.* 18.

Est verum quòd ista opinio maximum præsefert rigorem in illis regionibus, in quibus de generali cōsuetudine, prout in prouincia nostra, præsertim in districtu Rauennæ, inualuit Communis obseruantia, quod ferè omnis industria colonorum, & rusticorum cōcedunt prędia ad laborandum, quo casu censere-
12 tur tacitè excepta † pars colonica, vt dixi *in limitatione XI.* etiam nō adhibita distinctione, an emptor sciret, vel ignoraret, adesse colonum, cum à Communiter accidentibus, prædia dentur ad coloniā: & huiusmodi cō suetudo omnibus innotescat, vt per Tess. *decis.* 55. *num.* 4. Nam tametsi alleganti consuetudinē,
13 iungatur onus probandi, id † tamen non procedit, vbi consuetudo est notoria, Card. Mantic. *de tac. conuent. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 8. quam ciues ignorare nō præsumuntur, etiam quòd non sit præscripta, vt per Illustriss. Mantic. *de tac. & amb. conuent. tom.* 1. *lib.* 3. *titu.* 13. *nume.* 43.
14 & 49. quo loci scribit, † consuetudinem loci in contractibus sūmopere esse spectandam, quia cōtractus recipiunt declarationem ab ea, secundum quam videntur contrahentes egisse, vt per eundem Card. Mant. *eod. li. tit.* 9. *num.* 67. & *infrà.* Vnde ob id videtur inaduertenter fuisse loquutum Soc. iun. dum acerrimè reprehēdidit Ias. recedendo à supradicta declaratione, quem confutauit Senat. Pedem. vt *sub num.* 4. *in fine*, & *num.* 5. testatur Tessaur. *in d. decis.* 55. quidquid aliter senserit Ioseph. Ludou. *in decis. Perus.* 83. si quidem

ex

ex prædictis patet, opinionem Iaſ. eſſe optimis rationibus fundatam, ſaltem ratione induſtriæ, laborum, & expenſarum, quas fecit colonus, quarum gratia ei datur medietas fructuum, vt per Oſaſc. *deciſ.* 82. *num.* 8.

Proinde Ioſeph Ludou. malè iudicaſſe contra opinionem Iaſ. vt aduertit Teſſaur. cit. à qua quidem, vti æqua, & iuridica nefas eſſet recedere, niſi venditor eſſet ruſticus, & coleret ad manus ſuas, & vendendo nihil ſibi reſeruaret, tunc fortè poſſet ſaluari in hoc caſu opinio ipſius Ludouici, vt idem Teſſaur. dicit *ſub num.* 5. *in fine.*

Ex quibus facilè percipimus, quòd hoc fortè reſpectu emptor non tenetur ſtare colono, cum & pars fructuum coloni partiarij cenſeatur vendita, & idem eſt in conductore: quia fructus pẽdentes, dicuntur pars fundi, neque conductor antè illorum perceptionẽ efficitur eo-
15 rum dominus, ſed ſibi† reſeruatur actio perſonalis contra eum, qui tradidit agrum, ex deductis ſuprà.

Et licet plerique Doctores loquantur in colono partiario, idẽ tamen eſt in conductore, quæ
16 nummis coluit, quia† æquè militat eadem ratio in vtroque caſu, ità, vt non ſit hoc reſpectu conſtituenda differentia, vt aduertit Surd. *deciſ.* 265. *num.* 53. quinimò maior ratio vigere poteſt, vt granum ſatum à conductore, cenſeatur venditum, & venire in ipſa venditione, quàm in colono partiario, veluti conſiderat Rom. *in d. conſ.* 309. *nu.* 1. *verſ. qua ratione.* Et iſta eſt verior opinio, vt teſtatur Steph. Grat. *cap.* 37. *diſcept. forenſ. numero* 2. *par.* 1.

Prędictis addi poteſt quarta ratio, quæ mihi non diſplicet, quòd ſcilicet ſucceſſor ſingularis non tenetur ſtare locationi,
17 quia † ille, qui ſuccedit habet plenum ius, conductor vero nullum ius habet, vt aduertit Gomez. *Var. reſol. lib.* 2. *c.* 3. *nu.* 9. Sed de his ſatis.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE SVCCESSORE SINGVLARI erga colonum partiarium.

SVMMARIVM.

1 *Colonus partiarius non habet ius in fructibus donec non sunt separati. Intellige vt num. 10.*

2 *Fructus omnes pendentes pertinent ad successorem contractu perfecto.*

3 *Colonus partiarius non habet actionem personalem contra successorem singularem.*

4 *Societas nõ datur cum colono partiario in fructibus pẽdentibus.*

5 *Textus in l. idem, §. fi. ff. pro socio, declaratur.*

6 *Colonus partiarius habetur loco socij.*

7 *Fructus, qui dantur colono, dantur ratione impensarum, & laborum.*

8 *Colono datur retentio aduersus singularem successorem, etsi non detur actio.*

9 *Successor singularis non debet lucrari fructus in detrimentum coloni partiarij.*

11 *Opinio, quæ tuetur partes coloni partiarij est multum æqua, saltem respectu fructuum prioris anni, & in foro conscientiæ.*

12 *Successor singularis non tenetur stare colono respectu annorum futurorum, quod declara, vt ibi.*

AMplia Primò Conclusionem legis nostræ, vt procedat etiam contra colonum partiarium, qui intra tempus coloniæ potest à successore singu-
1 lari depelli: nam † colonus partiarius nõ habet ius in re, nec minus in fructibus, donec sunt separati, *l. si seruus, §. locaui, ff. de furt.* vnde videmus, quod colono partiario non datur condictio furtiua, *l. si apes, §. 1. ff. de*
2 *furt.* immò † cõtractu perfecto, omnes fructus pertinent ad successorem, *l. fructus, C. de act. empt.* ideo cum solo cohæreant, sequuntur fundum, *l. Iulianus, §. si fructus, ff. de act. empt.* & cum sint pendentes, consequẽter pertinent ad successorem, *l. fructus pendentes*

pendentes, vbi glos. ff. de rei vendic. Tiraq. *de retr. lign. §. 1. gl. 7. num. 37. & infrà.* Præterea, † colonus partiarius non habet aliquam actionem personalē contra successorem, *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* propter quas rationes multi, quos enumerat longa serie Surd. *decis. 52. num. 10. & 11.* sequuntur istam ampliationem, quam veriorem dicit idem Surd. reiecta sententia eorum, qui constituunt differentiam inter colonum partiarium, & conductorem, qui nummis colit, quam etiam reiecit Rota Rom. *in Romana Casaletti coram R. P. Damasceno, 18. Maij 1609.* in relatis per Farinac. *p. 1. to. 1. decis. 187. num. 3.*

3

Neque illa ratio attendenda videtur, quòd colonus partiarius dicatur socius, *l. si merces, §. vis maior, ff. locat.* & sic societas transeat in successorem singularem, *l. in hoc iudicium, §. si inter socios, ff. comm. diuid.* & Bart. *in l. si tertius, §. si quis prius, num. 6. ff. de aqua plu. arc.* ità vt antè tempus non possit prouocari ad diuisionem, *l. idemque, §. fin. vbi Bald. ff. pro soc.* quia secundum Rom. *in cons. 309.* ista ratio non

4 est vera, eo † quia respectu fructuum pendentium non potest inter istos cadere societas, cum in fructibus pendentibus colonus partiarius nullū ius habeat, vt dictum est, & hoc pacto videmus etiam, quòd vsufructuarius nō transmittit istos fructus pendentes ad suos hæredes, nisi eos effectiuè perceperit, *l. defuncta, ff. de vsufructu, l. vsufructuarius messem, ff. quib. mod. vsufruct.*

5 *amit.* Ad † tex. verò *in d. l. idemque, §. fin.* respondet Iacobus de Bellapert. quòd ibi aderat pactum de non diuidendo rem nisi infra certum tempus, vnde afficiebat rem ipsam, & sic ius erat in ipsa re, nil mirum si socius nō poterat prouocari ad diuisionē, quod non est in colono partiario, qui tantum habet actionem personalem, & illam, non transitoriam ad singularem successorem, vt refert Alex. *in l. si filio, §. si vir in quinquennium, sub num. 17. ff. solut. matr.* & si admitteremus colonum partiariū verè socium esse, cuius contrarium probat tex. *in §. vis maior, ff. locat.* propter dictionem (quasi) quæ est nota improprietatis, vt in colono Card. Mant. *de tac. conuent. lib. 6. tit. 1. num. 13.* adhuc idem esset concludendum, cum secundum Belu. non constituatur ob id ius aliquod in re, nec ideò transit in singularem successorem.

Non desunt tamen qui contrariam sententiam in terminis coloni partiarij sustinent, quos refert Alex. *in d. §. si vir in quinquen-*

quennium, num. 16. dicens mirabile pro limitatione *l. emptorem, C. locat.* tametsi aliam sibi magis placere dicat, & alios dissentientes adducit Card. Mant. *de tacit. conu. titu.* 11. *lib.* 5. *num.* 8. *versic. sed plerique*, quæ opinio non caret rationibus, & funda-
6 mentis. † Colonus enim partiarius etsi verè non sit socius, habetur tamen loco socij, vt omnes consentiunt, & signanter Bal. *in l. idemque, §. fin. ff. pro soc.* Societas autem contrahitur tacitè, & expresse, & solo consensu perficitur, vt per eundem Cardin. Mantic. *de tacit. conu. lib.* 6. *tit.* 2. *nu.* 2. *&* 3. ideò successor singularis statim, vt contrahit, videtur tacitè ex quadam incidenti societate, vt dicit Bald. *in d. l. emptorem, num.* 7. *vers. sed pone*, se obligare ad permanendum donec dissoluatur societas, proindè cogitur stare colono, Ang. Aret. *in §.* 1. *nu.* 4. *Instit. locati.* Vbi quòd ita limitatur text. *in l. emptorem, C. eod.*

Deinde fructus, qui dantur colono, præstantur loco operis
7 laboris, & † sumptuum in eorum perceptione, *l.* 1. vbi Bart. *C. de fruct. & litium expen.* Ias. *in l. fructus, ff. soluto matr.* pro quibus sumptibus, laboribus, & expensis, inducitur quædam tacita hypotheca, *l. interdum, ff. qui pot. in pignore habea. l.* 1. *C. quib. mod. pign. vel hipoth. tacitè contr.* ideò success. stare tenetur Couar. *Var. resol. cap.* 15. *num.* 3. *libro secundo.*

Præsertim iure retentionis hoc debet censeri permissum ip
8 si colono † partiario, cum reperiatur in detentatione absque vitio, *l.* 1. *C. ob chirograph. pecun.* qui text. procedit in quocunque debitore siuè pecuniario, siuè cuiuscumque alterius rei, vt per Neguf. *de pig. par.* 1. *tertio memb. num.* 46. *vsque ad num.* 50. & licet actio personalis, quæ datur colono, non sequatur fundum, tamen ius excipiendi, & retinendi benè transit, cum istud ius cōcurrat cum iure retentionis, & detētationis, ac sit ei cōiunctum propter fauorem, & commodū ipsius retētionis, vt benè in istis terminis deducit Steph. Grat. *Discept. for. cap.* 20. *par.* 1. *nu.* 11. & iure merito exceptio quę obstabat authori, obstat etiam successori, *l. in venditione, ff. de act. empt.* & optimè Card. Mantic. *suprà cit. sub num.* 20. *in fine.*

Adiuuaturque prædicta opinio maxima æquitate, fundata *in l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb.* qua cauetur, neminem debere fieri locupletiorem cum al-
9 terius iactura. Sed † successor percipiendo fructus ipsius coloni lucraretur cum detrimento illius, propter opus præstitum in

percipiendis fructibus, *l. diuortio,§. fi. ff. sol. matr.* quod est valdè absurdum, ideò, neque iuuat illa responsio, quòd colonus habet actionem contra venditorē, *l. si merces, §. si fundum, ff. locat.* siquidem melius est retinere, quam agere, *l. plus cautionis, ff. de reg. iur. cum vulg.*

10 Ad id verò † quod dicitur fructus pendentes sequi possessorem, neque posse in istis fructibus contrahi societas, cum colonus nullum in eis ius foueat, patet respōsio ex supradictis, cum re vera colonus partiarius dicatur in eis ius quoddam habere respectu incidentis societatis laborum, & operum præstitorum; & tacitę hypothecæ, vt fuit probatum, sanè magna videtur differentia saltem ad effectum praesentis inspectionis inter colonū partiarium, & eum qui nummis colit, vt aduertit Card. Mant. sæpius cit. *num. vltimo*, & sic patet ex prædictis hāc opinionem habere suos sequaces, & fundamenta.

Quid tenendum in tanta varietate? certè negari non potest quin in fructibus anni inchoati maximam præseferat æquita-
11 tem † opinio eorum, qui tuentur partes coloni partiarij, quā fuit sequutus Senatus, vt testatur Osasc. *decis. 82. in fine*, & eā quoque fuit amplexus Senat. Mantuanus, vt per Surd. *decis. 51. num. 11. & 12.* & in colono beneficiati, quod successor pro illo anno stare teneatur. Franc. Marc. *decis. 196. in fine, par. 2.* & saltem in foro conscientiæ ista opinio debet prævalere, vt per Sum. Angelic. *in verbo, locatio, num. 11.*

Sed in annis sequentibus ego adhæreo nostræ Ampliationi, quia rationes Osasci non sunt tutæ, cum verè respectu futurorum annorum non dicatur con-
12 stitutum aliquod ius in † fructibus ad fauorem partiarij, nec aliter iure cauetur, & fundamēta in contrarium adducta militare possunt pro primo anno, nō pro sequentibus, quibus sigillatim respondet Card. Mant. *vbi suprà, num. 12. cum seq.* & licet melius sit insistere rei, quam experiri contra eum qui dedit agrum ad colendum, non tamen tenet consequentia, quod colonus habeat ius insistendi si aliud nō probetur; & propterea Rot. *in d. Rom. Casaletti*, inhærendo opinioni Rom. *num. 5.* qui contrarium consuluit ex professo *in consil. 309.* dicit, quod Osasc. mouetur falsis rationibus, & hanc partem in puncto iuris veriorem profitetur Guttier. Canonic. *quæst. cap. 8. sub num. 63.* licet aliam satis æquam appellet, cum fructus in breui recolligendi,

ligendi, habeantur pro recollectis, *arg. l. pen. ff. de milit. testam.* & faciunt ea, quæ cumulat Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. gl. 7. nu.* 44. cui tamen contradicunt Greg. Lopez. & Ruin. post Bal. & Specu. vt ibi per eum, subiungit tamen idemmet Guttierez. quod si fructus non ita breui essent de proximo recolligendi, successor sing. adhuc stare non teneretur coloniæ: sed soluendo interesse ipsi colono, & sumptus, & expensas factas occasione prædicta, posset sine dubio illum depellere, *vt num.* 65.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De colono, & conductore.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis sicut non tenetur stare colono, & conductori, ità è conuerso colonus, & conductor stare non tenentur.*

2 *Contractus non debet claudicare.*

3 *Contractus non debent à voluntate vnius pendere.*

4 *Successor singularis non tenetur stare locationi, quando non interest locatoris.*

5 *Quod emptor stare non teneatur locationi, est inductum fauore emptoris.*

6 *Colonus, & conductor non tenentur perseuerare in conductione, & colonia, quando successor singularis stare non tenetur locationi.*

7 *Quando locator transfert ius exigendæ pensionis in successorem, conductor, & colonus stare tenentur locationi.*

8 *Item quando locator cedit iura sua.*

9 *Item pro anno incohato.*

1 Amplia Secundò, † quod sicut singularis successor non tenetur stare colono, aut cõductori, ità versa vice, neque conductor, neque colonus stare tenentur, nec cogi possunt ad perseuerandum in colonia, & conductione: nam successor singularis ex persona sua non habet actionem eos deppellendi, quia ius agendi non trãsit in singularem successorem, *l. omnes*, *§. si hæres, de vsufruct. quemadmo. caueat.* & pro regula obseruat Rom. *in l. si filiofamilias*, *§. si virum 28. ff. solut. matr.* Deinde ista actio vt potè personalis non potest dari successori singulari, *l. eum cui, C. de act. & oblig. l. cogi, §. vnde quæritur, ff. ad Trebell.* cum alijs adductis in istis terminis per Surd. *decis.* 52. *numero* 3.

2 Præterea † contractus non debent claudicare, sed æqua lancè iudicari, *l. Iulianus, §. si à pupillo, ff. de act. empt.* vndè si diceremus successorem posse conductorem expellere, ipse autem à condu-

à conductore non posset recedere, resultaret inæqualitas, qd non est ferrendum, *l. fin. de fruct. & litium expens.* Accedat ratio correlatiuorum, quæ dictat, vt quod dispositum reperitur in vno, seruetur etiam in alio, vbi non potest adduci diuersitas rationis. Doct. *in l. qui fundum, C. locat.* Steph. Gratian. *Discept. forens. c. 20. par. 1. num. 7.* facit vlterius ratio non contemnenda,
3 quòd scilicet, † contractus non debeant à voluntate vnius duntaxat pendere, sicut nec illius resolutio, *l. in vendentis, C. de contrah. empt.* Castr. *in l. centesimis, §. 1. num. 2. ff. de verb. obligat.* qui tex. tametsi loquatur in emptione, & venditione, habet tamen locum etiam in conductione, & locatione, secundum Bal. vt refert Surd. *in d. decis. 52. num. 10.*

Denique videtur text. apertus, qui hanc opinionem confirmat *in l. qui fundum, ff. locat.* vbi colonus non tenetur perseuerare, quando dominus alij rem legauit, ex quo domini non interest quod perseueret, cum in aliũ rem trãstulerit, & ideò per alienationem extinctum dicitur omne interesse, quo cessante, cessat omnis actio, cum nullus experiatur sinè actione, & sic obstat exceptio: tua non interest, quæ dicitur exceptio litis finitæ, vt deducit optime Surd. *in præcit. decis. 52. num. 1. & 2.* qui quidem tex. videtur decidere casum magis dubitabilem, cum tantũ fundetur in interesse, quo cessante, conductor potest recedere à locatione etiam, si successor teneretur stare locationi, ibi enim non intererat hęredis locatoris, ex quo fundus erat legatus alteri, ideò quia cessabat interesse, non dabatur aliqua actio hæredi locatoris, quia solum consideratur interesse, ità, vt eo cessante, non sit habenda ratio, An successor singularis teneatur, vel non teneatur stare colono, vt aduertit Card. Mantic. *lib. 5. titu. 10. de tacit. conu. nume. 43.* qui in proposito constituit regu-
4 lam generalem, † quod tametsi singularis successor in pluribus casibus teneatur stare locationi, tamen quando non interest hęredis ipsius locatoris, quòd cõductor perseueret, vt in casu superiori, quando (scilicet) fundus alij fuit legatus, non tenetur perseuerare.

5 Et licet † inductum sit fauore emptoris, vt non cogatur stare locationi, *l. emptorem, ff. locati, l. nihil, §. fin. ff. de leg. 1.* & per consequens possit fauori suo renuntiare, *vulg. l. si quis in conscribendo, C. de pac.* non tamen ob id sequitur quin pacta debeãt ęqualiter seruari ex vtroque latere, præterquam quod sat est, quod

ius agendi non transeat in singularem successorem, neque dari actionem personalem aduersus colonum, & conductorem, vt supra diximus: stat enim simul, quòd in hac parte versetur fauor emptoris, vt possit colonum depellere; sed tamen quod non possit eum cogere, ad perseuerandum, si non vult perseuerare, per quæ iura ità decidit Surd. in alleg. *decis.* 52. *per totũ*, & pluribus authoritatibus confirmat nouissimè Stat. Pacif. *in tract. de Salu. interd. inspec.* 4. *c.* 1. *num.* 12. & Borgn. *decis.* 25. *p.* 2. *sub num.* 9.

Quæ quidem ampliatio pro-
6 cedit tàm† in colono partiario, quàm in cõductore, quia in vtroque militat eadem ratio secundum Surd. *vbi supra cit. nu.* 10.

Intellige tamen prædictam
7 ampliationem, vt † non procedat si locator transferat ius exigendæ pensionis in ipsum successorem, quo casu conductor non posset resilire à conductione, Cardin. Mant. *de tacit. conu. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 44. Surd. *d. decis.* 52. *sub nu.* 7. & licet hoc modo ista ampliatio videatur nugatoria, & ferè inanis, cum semper poterit adhiberi huiusmodi cautela, non tamen est nouum, quòd quis consequatur ex persona aliena id quod ex sua consequi nõ valet iuribus vulgaribus.

Intellige secundò, vt locum,
8 non habeat dicta ampliatio, † si locator cædat iura sua, & omnem actionem sibi competentẽ, contra ipsum cõductorem: quia sic censetur transtulisse etiã omne ius locati, quod sibi competebat contra conductorem, & ob id remanet obstrictus, vt omninò teneatur obseruare locationem, veluti prosequitur Card. Mant. *vbi supra, num.* 45. Surd. *vbi supra citat. sub eod. num.* 7. & datur pro cautela, vt ista verba apponantur in instrumento; vt singularis successor possit se tueri, quod in practica obseruandum dicit Bart. *in l. qui fundum, ff. locati.*

Intellige tertiò, vt quidem colonus pro sequentibus annis non teneatur ad obseruantiam
9 coloniæ: sed † quo ad annum inchoatum, pro quo iam impensa est facta, & labor est præstitus, tenetur ad perseuerandum, & cogitur ad obseruantiam secundum Bal. *in l. emptorem, n.* 7. *vers. sed pone colonus, C. locati.* vbi singulariter determinat, qđ pro impensa quam fecit colonus circa agriculturam, poterit rem ipsam retinere: quia qui seminat, ipse & metet; & Scriptura dicit: Quis plantauit vineam, & de vuis nõ comedet? & pro ista parte iudicauit Senatus, vt testatur Osasc. *decis.* 82. *in fine*.

Quam

Quam opinionem etiam fuit sequutus Surd. *in d.decis.52.n.12.* Si itaque colonus eijci non potest pro anno inchoato, omnis ratio suadet, vt neque è conuersò ille possit (insalutato hospite) recedere, per rationes, & authoritates superius deductas: quæ declaratio adeò vera est, vt si res locata de sui natura non afferret fructum nisi de quinquennio in quinquēnium, colonus teneretur stare pro toto quinquennio, qui pro vno anno habetur, vt cōsuluit Hier. Gabr. *cons.68. vol.1.* dicens, colonum teneri ad perseuerandum in colonia, dato quod fructus sint difformes, quod probauit quoque Surd. *ibi, nu.13.* cum ceteris ab eo citatis.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De legatario, & fideicommissario.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius non tenetur stare colono. Intellige vt num.4.*

2 *Legatarius in re legata dicitur hæres. Intellige vt num.5.*

3 *Vsufructuarius particularis non tenetur stare colono*

6 *Legatarius tenetur stare colono quando defunctus obligauit bona sua pro obseruantia contractus.*

7 *Item stare tenetur, si testator legauit rem saluo iure coloni, & pro primo anno*

8 *Fideicōmissarius vniuersalis tenetur stare locationi, siuè locatio sit facta à testatore, siuè ab hærede grauato.*

9 *Hæres tenetur stare locationi factæ à defuncto.*

10 *Hæres grauatus pendente conditione fideicommissi, dicitur habere plenam rei administrationem.*

11 *Regula finito iure datoris, finitur iūs acceptoris, declaratur.*

12 *Fideicommissarius non tenetur stare locationi, si locatio sit ad longum tempus.*

13 *Fideicommissarius non tenetur stare locationi precisè, sed causatiuè, & ibi datur consilium hæredibus grauati.*

AMplia Tertiò Conclusionem suprà firmatam, vt
1 procedat etiam † in legatario, cui aliqua res legata fuit, namque iste non tenetur stare coloniæ, probat tex. *in l.nihil, §.fructus, ff. de leg.* 1. ideò colonum expellere potest; sic enim legunt commune summarium d.*§.fructus*, Bart. & Castr. *ibi*, & concordantias adducit glos. *in verbo colonum*; posset tamen contrarium attentari, cum videatur obstare Regula iuris, qua cautum est, testatorem semper censeri legare iuris, quod habet in re, *l. si domus, §. fin. ff. de leg.* 1. & in istis terminis Surd. *decis.* 172. *sub num.* 7. Vnde hac ratione præsumitur, quod testator voluerit reseruare ius coloni, & condu-

conductoris. Deindè cum iste
2 habeat causam lucratiuam,† dicitur hęres in illa re, *l. id tempus, ff. de vsucap.* Vndè quemadmodum hæres tenetur in omnibus obseruare factum defuncti, siuè sit hæres ab intestato, siuè ex testamento, cum sit eadem persona cum defuncto, vt in proposito pluribus exornat Card. Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 5. *tit.* 9. *num.* 2. ità pari ratione legatarius, qui in ipsa re legata loco hæredis dicitur, vt aduertit Castr. *in d. §. fructus.*

Ceterum non est recedēdum ab opinione prędicta, quam etiā tenet Card. Mant. *lib.* 5. *tit.* 10. *sub num.* 5. exemplificando quo-
3 que † in legato vsusfructus, licet Imol. dicat in hoc maiorem ver sari difficultatem, quę verè non est: quia cū testator legat vsumfructum, non videtur voluisse reseruare aliquod ius colono, & idem quando legat non vsumfructum, sed rem ipsam, non enim potest constitui rationabilis differentia inter legatū vsusfructus, & legatum ipsius rei, secundum Imol. vt refert Mant. videtur namque legasse potestatem percipiendi omnes, & quoscumque fructus in vtroque casu, vt est casus *in l. arbores, §. 1. ff. de vsufruct.* & quod legatarius non teneatur stare colono, tenet etiam Pereg. *de fideicommis. art.* 40. *nu.* 90. vbi dicit, eam esse rationem: quia legatarius dicitur successor voluntarius, & singularis, ideò secundum regulas iuris non tenetur stare colono; est verum, quod colonus pro suo interesse agit contra hæredem, vt est casus *in l. qui fundum, ff. locati.*

Neque opposita contradicūt
4 superiori Cōclusioni, quæ † possunt procedere quando testator legat rem, in qua alius habet ius reale in re legata, quo casu censetur legare ius quod habet, secus verò in iure personali, & hoc pacto soluit Bar. cōtrarium *in d. §. fructus*. ius autem coloniæ respicit dumtaxat quid personale, ideò non tenetur legatarius stare.

5 Et licet † legatarius dicatur quodammodo hæres in re legata, id tamē est ex data quadā interpretatione et impropria, hoc enim solū conuenit hæredi vniuersali, vt not. *in l. quoties, C. de hæred. instit.* Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 4. *quæst.* 9. *&* 20. Michael. Grass. de Communi *in §. hæreditas, quæst.* 3. *nu.* 7. & Bald. *in d. l. quoties, num.* 7. & Ias. *sub numero* 3.

Esset tamen recedendum à supradicta ampliatione, si defun
6 ctus † pro obseruantia contractus obligasset omnia bona sua, vt moris est: quia colonus dice-

retur habere ius reale in re, ità vt a legatario non posset hoc in casu depelli, vt in terminis nostris obseruat Castr. *in d. §. fructus, sub num. 3. vers. si autem.*

Et hoc idem esset dicēdum,
7 si † testator legasset fundum saluo iure coloni, tunc legatarius tenetur stare colono, Bal. *in l. 1. num.* 18. *&* 19. *C. de vsu, & fruct. leg.* & benè Carroc. *de loc. par.* 5. *tit. de legatis, num.* 13. *& par.* 4. *tit. de success. quæst.* 9. *vers. limitatur primo.*

Pro primo verò anno, quòd succedens ex causa lucratiua stare teneatur colono partiario ex æquitate, *l. si me, & Titium, ff. si cert. pet.* nullam recipere difficultatem scribit Card. Mantic. *de tacit. conu. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 11. *sub num.* 20.

8 Totum Contrarium in † fideicommissario vniuersali receptum est, vt teneatur stare locationi, siuè locatio sit facta à testatore, siuè ab hærede grauato: quia est loco hæredis, & in eum transeunt omnes actiones actiuæ & passiuæ, *l. postulante, §. sed huiusmodi, ff. ad Senatusconsf. Trebell. & l. si filius, ff. quod cum eo.*

9 Proindè sicut † hæres tenetur stare locationi factæ à defuncto, *vt est tex. in l. cum in plures, § hæredem, l. sed addes, §. pen. ff. locati.* ità pari ratione tenetur stare fideicommissarius, Pereg. *de fideicommiss. art.* 40. *num.* 92. quem nouissimè pro ista parte adducunt moderni Rom. *de Saluiano interd. Inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 35.

Si verò locatio fuit facta ab hærede grauato, idem conclu-
10 dendum: quia † cum hæres pendente conditione fideicommissi, habeat plenam rei fideicommisso subiectæ administrationē nomine suo, vt benè deducit Peregr. *vbi supra, sub num.* 101. sequitur, quod potuit locare, & successor omninò stare teneatur, *l. si tutelæ, ff. de administr. tut.* & tenet Cin. *in l. emptorem, C. locati, num.* 6. *q.* 3. quem ceteri sequuntur, vt per Soc. Sen. *consil.* 32. *num.* 7. *vers. quinto probatur, lib.* 1. Rol. *consil.* 49. *num.* 7. *vers. hinc etiam videmus, lib.* 2. Mod. Rom. *vbi supra, num.* 36. maximè, quia fideicōmissarius respectu hęredis grauati dicitur successor necessarius, igitur stare tenetur locationi, immò plus iuris habet hæres grauatus quā maritus in rebus dotalibus, vt pluribus confirmat Peregr. citatus, & nihilominus vxor stare tenetur causatiuè locationi factæ per maritum, vt Communiter per Scribentes, *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff. solut. matr.* ideò multo magis fideicommissarius stare tenebitur locationi, argument. multò magis.

Non

Non obſtat quod morte grauati ius dicatur finitum, *l.4.§.& hic ſubiungi, ff. locati.* & ideò vl-
11 trà non progreditur, † ſed finito iure datoris finitur ius acceptoris, *vulgata l. lex vectigal, ff. de pigno. cum ſimilibus:* quia remouetur fundamentum vnica, & ſolida reſponſione; quòd illud procedit quando ſucceſſor ſuccedit per modum priuationis, & exſtinctionis iuris alterius, tunc per mortem primi omne ius extinguitur, ſecùs quando (prout in caſu noſtro) quis non ſuccedit per modum priuationis, ſed iure proprio, Oſaſc. *decif. 82. num. 2. ver. prima,* & Surd. *decif.* 40. *num.9. &* 10.

Quapropter nimis audacter fuiſſe loquutum Molin. obſeruat Peregr. mox citat. *ſub n.96.* in eo quod fuit auſus affirmare locationem non valere ad onus fideicommiſſi, & neminem ab hac opinione vnquam diſcrepaſſe: nam contrarium ſuadent omnes ſupradictæ rationes, & plerique Doctores tenent contrarium, quos ille ſequitur, vt ibi per eum, & eſt de mente Graſſi *in §. fideicommiſſum, quæſt.59.*

12 Intellige tamen, † quòd fideicommiſſarius teneatur ſtare locationi, ſi non ſit ad longum tempus, alioquin ſtare non tenetur, vt optimè, & magiſtraliter declarat Peregrin. *d.art.40. num.106. cum ſeq.* vbi *num.111.* decidit etiam alium caſum, an ſcilicet conductor ad longũ tempus poſſit ſub hoc clypeo recedere à locatione, diſtinguendo, vt ibi per eum, inter ſcientem, & ignorantem, ad quem ſufficiat Lectorem remittere, & videri poterit in hoc Cæſar Barz. *decif. Bonon.17.num.24.*

13 An autem † fideicommiſſarius teneatur in omnẽ caſum precisè ſtare locationi, vel cauſatiuè? Reſpondet Pereg. quòd non tenetur ſtare precisè, ſed cauſatiuè, quatenus velit præſtare cautionem de ſeruãdo indemnes hæredes grauati à prætenſa damnorum petitione pro parte conductoris, vndè ſecundum eum datur conſilium hæredibus grauati, ne cedant poſſeſſionem fundi locati fideicommiſſario prius quam præſtet dictam cautionem, vt per eum, *num.* 105.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE DONATARIO.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non tenetur ſtare locationi.*

2 *Omnis ſuccedens ex cauſa lucratiua ſtare non tenetur locationi. Contrarium num.6.*

3 *Legata, & donationes in pluribus differunt.*

4 *Donatio eſt contractus nominatus.*

5 *Donans cẽſetur donare ius, quod habet.*

7 *Donatarius omnium bonorum ſtare tenetur locationi.*

8 *Donatarius omnium bonorum tenetur ad ſolutionem æris alieni antè donationem contracti perdonantem.*

9 *Locator quando iurauit obſeruare locationẽ, tenetur preciſè ad obſeruantiam ſi poteſt, nec liberatur per præſtationem intereſſe*

10 *Conductor non debet ſpontè relaxare rem conductam quãdo ſucceſſor ſtare tenetur locationi, alioquin ſibi præiudicat.*

11 *Locator non tenetur ad aliquod intereſſe, quando conductori poteſt obijci culpa.*

12 *Donatarius tenetur ſtare locationi, ſi conductor habet obligata bona donantis.*

AMplia Quartò, vt procedat etiam in † donatario,
1 qui non tenetur ſtare locationi, cum donatio, & legatum ſint vnum, & idem, legatum enim eſt donatio quædam à defuncto relicta, vt inquit text. *in §. legatum, Inſtit. de leg.* ergo ſicut legatarius non tenetur ſtare locationi, *vt probat text. in l. nihil proponi, §. fructus, ff. de leg.* 1. ita pari modo neque donatarius, deindè donatarius eſt ſingularis ſucceſſor, ideo non tenetur ſtare colono, *l. qui fundum, ff. locati*. Roland. *conſil.* 49. *num.* 2. *lib.* 2. & Alber. *conſil.* 108. *cum alijs vulg.* & in donatario hoc in terminis tenet Alberic. *in l. arbores, num.* 2. *ff. de vſufruct. & quemadmod. quis vtatur*, quo loci con-

ci constituit Regulam genera-
2 lem,† quod omnis succedens ex causa lucratiua,non tenetur stare locationi, qui tamen nihil allegat, *nisi d.§.fructus,ff.de leg.* 1. qui tex.non loquitur in donatario, sed in legatario, & sic argumentatur ab æquiparatis: sed ista æquiparatio mihi non satisfacit in casu, & ad effectum de quo agitur, cum ęquiparatio nõ
3 sit trahenda ad omnes † casus: in pluribus enim differunt donationes,& legata, vt latè per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. in verbo libertis,num.* 122. ideò argumentum nõ procedit de vltimis voluntatibus ad contractum, quando non subest eadem ratio, vt post Cuman. not. Castr. *in l. pactum inter hæredes, num.* 2. *ff. de pact.* sanè donatio, & legatum in facti specie non conueniunt in identitate rationis; proindè argumentum non est validum, vt per Euerard. *in loco à contractibus ad vltimas voluntates, nu.3.* diuersitas autem
4 rationis est patens: nam† donatio est contractus nominatus, glos. *in l.* 1. *in verbo igitur, ff. de rer. permut.* Bart. *in l. iuris gentium,num.*2.vbi Bal. *num.5.ff.de pact.* Alex. *num.6.*& Ias. *in §. in personam,num.9.Instit.de act.* Et in contractibus non fit ita plenior interpretatio, quemadmodum in vltimis voluntatibus, & ob id debet imputari cõtrahentibus cur apertius legem nõ dixerint, non sic in legato, & alijs vltimis voluntatibus, quæ à sola voluntate testatoris pendent, *l.1.ff.de testam.l.illa institutio,ff. de hæred.instit.* cum alijs,de quibus per Card.Mant.*de tac.conu. lib.2.tit.4.num.57.& 62.in fine,* qui nominatim loquitur in legato: mirum igitur alicui videri non debet,si legatarius stare nõ tenetur locationi, vt legatũ plenius intelligatur, quæ ratio cessat in cõtractu.Quinimmò cum
5 regulariter † donãs intelligatur tantum donare, ius quod habet in re, quam donat, *cap. pastoralis, de donatio.l. prædia, C. de locat.præd.Fisc.lib.*11. & Alexan. *in l. si domus, §.1.ff. de leg.1.nume.3.* sinè dubio cẽsetur donasse cum onere, quod donatarius patiatur cõductorem vti,& frui ipse re donata, si enim ex donatione sentit commodum,nõ debet ægrè ferre,quòd conductor perseueret in locatione, sed æquo animo sustinere debet, *C. qui sentit, de reg. iur.in 6.* nec enim donans in alium plus iuris transferre potest quam ipse habeat, vt in puncto donatarij decidit Surd.*dec.172.sub n.6.& 7.* quod in contractibus onerosis non accidit, qui non restringun tur ad ius quod habent contrahentes, nisi fuerint scientes, & hoc

hoc pacto procedit text. *in l. qui tabernas, ff. de contr. empt.* vt declarat Alex. *in d.l. si domus, §. fin. num. 4. ff. de leg.* 1. & in istis terminis procedit *l. qui fundum, ff. locati, cum sua materia*. Ex prædictis igitur patet, quod Regula generalis desumpta per Alber.
6 *in d.l. arbores*, quod scilicet † omnis succedens ex causa lucratiua non teneatur stare locationi, est erronea, & Albericus inaduertenter fuit loquutus: cõtrarium enim sinè ansa dubitationis verius dicit Card. Mantic. *de tacit. conu. lib. 5. tit. 11. num.* 20. quod successor singularis habens titulum lucratiuum stare teneatur locationi per text. *l. si me, & Titium, ff. si cert. pet. numero* 2. nisi aliter iure caueatur, quod non obscurè demonstratur ex his, quæ de fideicommissario supra diximus, qui etsi succedat ex causa lucratiua, tenetur tamen stare locationi.

Et prædicta procedunt in donatione rei singularis; si autem loquamur in donatario omniũ bonorum, multò magis dicen-
7 dum videtur, † quod teneatur stare locationi, cum habeatur loco hæredis, vt in istis terminis scribit Carroc. *de locat. tit. de succ. par. 4. quæst. 22. nu. 2.* quod
8 etiam optima ratione † suadetur: quia donatarius omnium bonorum tenetur soluere debita donantis, antè donationem contracta, vt per Abbat. *consil.* 102. *num. 2. vers. hoc ergò casu, lib. 2.* Deci. *consil. 237. nu. 6. vers. vlt. resoluendo*, & Guido Papa *decis.* 105. ad exemplum vsufructuarij omnium bonorum, quatenus tamẽ teneretur ad ęs alienum testatoris, iuxta aliquorum sententiam affirmantiũ hoc respectu debere stare locationi, cuius contrarium verius est: quia onus soluẽdi spectat ad hæredẽ ex veriori opinione, ideò non cogitur stare, vt per Alex. *in l. cum filio, §. si vir in quinquennium, num. 14. ff. solut. matr.* ità, vt in omnem casum, cum donans teneatur ad interesse erga conductorem, eo quod non implet contractum ex parte sua, consequẽs est, vt donatarius permittat vti, & frui, cui alioquin persoluere cogatur hmõi interesse, qđ non cõsistit in alio, præterquã, vt cõductor vtatur, & fruatur, & sic tenetur ad factum, quod debet præstari si potest, Neguſ. *de pignor. primo membro, 2. par. nu. 8.* & licet secundum eum pręcisè agi non possit ad præstationem facti, vt not. Bart. & alij *in l. stipulationes non diuiduntur, 8. q. ff. de verb. oblig.* nihilominus, si lo-
9 cator † iurasset obseruare locationem, conductor posset præcisè excipere, quod sibi præstetur factum, vt ibi per eum, eo

quod

quod iuramentum obligat præ-
cisè, nec per solutionem inter-
esse potest euadi periurium, vt
de Communi Guttier. *de Iuram.*
cap.39.par.1.nu.6. Quod tamen
intelligitur, quatenus factū pos-
sit præstari, & si præstari nō po
test, succedit tunc interesse, vt
probat Aim. *consil. 12. num.1.*

Aduertat igitur conductor,
10 ne † spōtè relaxet possessionem
huic donatario, quia sibi præiu-
dicaret, cum spontanea relaxa-
tio vim habeat renuntiationis,
neque ideò posset vlterius agere
ad interesse, præsertim si suc-
cessor stare teneretur locationi,
vt per Carroc. *vbi suprà cit. tit.*
de success. par.4.q.25.num.42. af-
firmantem sic aliàs tenuisse Ro-
tā Rom. in vna locationis Mo-
lendinorum 14. Maij 1547. &
datur pro cautela ad fauorem
conductoris, vt in terminis tra-
dit Burs. *consil. 180. lib. 1. num.3.*
11 locator † enim non tenetur ad
aliquod interesse quando potest
obijci culpa conductori, *l. si mer*
ces, §. culpæ, ff. locati. & Cæsar
Barz. *decis.* 18. *num.* 2. maximè
si haberet obligata bona pro ma
nutētione rei locatę, siuè genera
12 liter, siuè specialiter: quia † do-
natarius tenetur stare locationi,
nisi offerat interesse locatori, vt
in puncto donatarij scribit O-
sasc. *decis. 156. num.2. in fine, &*
nu.3. & benè, Alex. *in l. si filiofa-*
milias, §. si vir in quinquennium,
num. 3. ff. solut. matr.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De ſucceſſore maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in maioratu non tenetur ſtare locationi.*

2 *Poſſeſſores maioratus in vita dicuntur Domini ſecundum aliquos, & vſufructuarij ſecundum opinionem aliorum.*

3 *Poſſeſſor maioratus dicitur dominus vtilis in vita.*

4 *Diuiſio fructuum fit inter hæredes mariti, & vxorem ratione onerum matrimonij.*

5 *Bona relicta in familia pro conſeruatione agnationis, non poſſunt locari ad longum tempus.*

6 *Res Eccleſiæ non poßunt alienari ſinè ſolemnitatibus à iure requiſitis, niſi in certis caſibus, vt vbi ſunt ſolitæ alienari.*

7 *Poſſeſſor maioratus poteſt ad vitam ſuam conſtituere vſumfructum, & ſeruitutem in maioratu.*

8 *Succeſſor eius, qui maioratum inſtituit ſtare tenetur locationi.*

9 *Primogenitus, qui conſenſit locationi, ſtare tenetur locationi.*

10 *Succeßor in maioratu quando nõ tenetur ſtare locationi, ità neque conductor ſtare tenetur, etiam volente ſucceſſore.*

11 *Pœna non incurritur ex parte locantis maioratum ad longum tempus.*

12 *Hæres vltimi poßeßoris tenetur ſtare locationi, ſi locator non expreſſit onus rei locatæ, vel reticuerit.*

13 *Hæres illius, qui maioratum locauit, tenetur ſtare locationi.*

14 *Succeſſor in maioratu non tenetur ad ſolutionem æris alieni. Intellige vt num. 15.*

16 *Succeßor in maioratu tenetur ſtare locationi, ſi locatio fuit facta pro ſuſtentatione perſonæ, aut pro manutentione maioratus.*

AMplia Quintò Cõcluſionem noſtræ legis, vt habeat locum etiam in maioratu:
1 nam ſucceſſor † maioratus non tenetur ſtare locationi, defuncto vltimo poſſeſſore, ſed locatio exſpirat, ex Regula, Finito iure

iure datoris, finitur ius accepto ris, *l. lex vectigal. vbi glo. in verſ. euanuiſſe, ff. de pignor.* ſiuè enim dicamus iuxta peculiare dictū
2 Hiſpanorum, quòd iſti † poſſeſſores maioratus in vita dicātur veri domini, tametſi onus reſtituendi illis fuerit iniunctū, quod magis placet Pinello *in l. 1. C. de bon. mater. par. 2. num. 5.* ſaltem reſpectù cuiuſdam vtilis dominij, vt ibi per eum, numero 6. ſiuè dicamus eos comparari vſufructuario, quòd alij magis verius ſequuntur, vt per Gamam *deciſ. Luſit. 350. num. 1.* ſemper exſpirat locatio, namque ſi com paremus vſufructuario, per mor tem ceſſat vſusfructus, cum dūtaxat ſit ius vtendi ſalua rerum ſubſtantia, *l. 1. ff. de vſufr.* ita, vt quæ de vſufructuario dicuntur, habeant locum in maiora tu, veluti argumentatur Gama *vbi ſupra*; ſed vſufructuarius non poteſt vltra vitam locare, & locatio non egreditur tempus vitæ ſuæ, *l. ſi quis domum, §. 1. vbi Caſtr. num. 3. ff. locati*, ideò idem dicendum in maioratu, ſi autem volumus comparare domino, idem ferè concludendum, quan doquidem ſecundum veras, & approbatas Concluſiones, cum
3 iſte † ſit tantum dominus vtilis, ſequitur, quòd ſuccedēs poſt eum, tamquàm directus dominus, non teneatur ſtare locationi, vt latè per Oſaſcum *deciſ. 156.* & in omnem euentum habet dominium temporale, & conſequenter tranſit cum ſua qualitate, vt in puncto maioratus ſcribit Guttier. *Canon. quæſt. lib. 1. cap. 36. num. 8.* hinc rectè ſubiungit Gama, citatus, quòd fructus, qui in agro remanent, & non ſunt ſeparati, ſtatim efficiūtur ſucceſſoris in maiora tu, quemadmodum de vſufructuario dicimus, *per l. defuncta, ff. de vſufruc.* non habita diſtinctione temporis, ità, vt ſit facienda diuiſio inter hæredes poſſeſſoris, & ſucceſſorem, vt ibi per eum, qui *ſub num. 2.* reſpondet ad obiectum, quod fieri ſolet de textu, *in l. diuortio, ff. ſolut. matr.* vbi quòd ſit diuiſio fructuum pro ra ta temporis inter hęredes mari-
4 ti, & vxorem: nam † id totum accidit propter onera matrimonij quæ maritus ſuſtinuit, nil mi rum ſi hæredibus datur portio in recompenſationem, quæ ratio ceſſat in maioratu, vt ibi per eum.

5 Simile videmus de † bonis re lictis in familia pro conſeruatione agnationis, quæ non poſſunt locari ad tempus longum, vt Communiter not. *in l. codicillis, §. inſtitutio, ff. de leg. 2.* reprobata gloſ. aliter dicente; & in terminis maioratus tenent Moderni Rom. *de Saluia interd. Inſpect. 4.*

D cap. 1.

cap.1.nu. 23. & 24. quod multò magis dicendum est, vbi fuisset prohibita alienatio: si quidem potentior est prohibitio expressa, quàm tacita, *ad glo. in l. nulla, C. de iure dot. Cast. in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2.* idcircò valdè absurdum reputaretur, successorem maioratus remanere priuatum etiam ad tempus, contra voluntatem ordinantis, *l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. Curt. iun. cons. 25. Dec. cons. 445. num. 22. & 23.* vbi, quòd non est peruertendus ordo succedendi in præiudicium alterius.

Eapropter leue mihi videtur fundamentum eorum, qui contrariam sententiam sequuti fuerunt, arguendo ad alienationem bonorum Ecclesiæ, quæ concedi possunt in emphyteusim vsque ad tres generationes, vt etiā obseruat Pinel. *de bon. matern. par. 3 sub num. 67. vers. nec obstat.*

6 Res † enim ecclesiæ regulariter non possunt alienari absque causa, & solemnitate, præterquam in certis casibus à iure expressis, vndè volenti sustinere alienationem onus probandi iniungitur casum particularem, & à iure permissum, cum potius Regula sit in cōtrarium, vt fuit dictum in vna Mediolanens. Lunæ 3. Iunij 1595. corā bo: mem: Iusto, in relatis per Farin. 597. nisi tamen essemus in re solita locari, & emphyteuticari, quo casu non requiruntur solemnitates, vt in Auersana tenimenti 24. Nouembris 1581. coram Cantuccio, per eūdem Farinac. 722. & in vna Zamoren. apud Card. Serafin. 1174. num. 4. vndè secundum Pinel. *vbi sup.* fundamētum potius retorquetur, vltrà quòd si debet præcedere causa, & solemnitas, cessant omnes suspitiones fraudis, quæ fundamenta non vigent in eo, qui vult locare bona maioratus vltrà vitam suam, ideò rectè sentit, quod successor maioratus non remanet vlterius obligatus, quod etiam tenuit Curt. *de feud.*

7 *par. 4. q. 14.* † possent tamen possessor maioratus ad vitam suam constituere vsumfructum, & introducere seruitutē, non tamen duraturam post illius mortem ad obligandum successorem, vt probatur *in §. quod ego, de inuest. de re alien.* & facit doctr. Bal. *in l. 3. num. 3. C. de seruit.* durante enim vita possessoris, nullum habet superiorem, nec ius successoris est considerabile: quia ei non affertur prępiudicium, & ob id non potest ei interdici vsus bonorum si fructus omnes dissipare vellet, & in mare proijcere, quidquid nonnulli malè recedant ab hac opinione, vt per Pinel. *vbi supra de bon. matern. par. 3. sub num. 31. vers. ex eisdem.*

In-

Intellige tamen superiorem ampliationem, vt procedat, nisi
8 † essemus in successore primo illius, qui maioratum instituit, & bona maioratus locauerit, certè hic stare tenetur locationi, cum & debita, per eum contracta, persoluere cogatur, vt declarat Guttier. *d. cap. 36. num. 11. lib. 1. cano. quæst.*

Intellige Secundò, nisi filius
9 † primogenitus cōsentiat locationi, nam ex iure superueniēte, stare tenebitur locationi, immò datur consilium conductori, vt faciat consentire filium primogenitum, vt ibi per Guttier. *num.* 10.

Intellige Tertiò, vt versa vi-
10 ce † neque conductor stare teneatur locationi, etiam volente successore in maioratu, ne contingat cōtractum claudicare ad seruandam æqualitatem, vt in maioratu decidit Surd. *decis.* 52. *num.* 8. *in fine*, & Guttier. *vbi supra citato num.* 12.

Intellige Quartò, vt amplia-
11 tio non procedat, quoad † effectum incurrendi pęnam, quia si possessor maioratus locauit ad longum tempus pęna non incurritur, *cap. nulli, de reb. eccles. non alien.* nam quælibet causa excusat à pœna, *l. igitur, ff. de lib. caus.* Doct. *in l. 2. C. de iure emphyteut.* vbi Ias. *num.* 62. etiam si causa esset colorata, vt per Gamam *decis. Lusitan.* 268. *num.* 2. immò error iuris excusat à pœna, Car. Seraf. *decis.* 794. *num.* 19. pręsertim si error sit iuris perplexi, aut alioquin probabilis, vt per eundem Card. Seraf. *decis.* 1149. *numero* 1.

Intellige Quintò, nisi locans rem maioratus asseruisset rem esse liberam, vel reticuisset eam non esse maioratui suppositam, dicerētur enim esse in dolo, asserendo id quod non est, vel non exprimendo qualitatem oneris
12 ipsius rei, ideo in hoc casu † hęres vltimi possessoris tenetur habere ratam locationem, vt in specie deducit Guttie. *supra cit. sub num.* 18. sequendo Molinam idem sentientem.

Intellige Sextò, nisi succes-
13 sor † in maioratu esset hæres illius, qui locauit maioratum, teneretur enim seruare locationē, vt per Franc. Marc. *decis.* 627. *num.* 7. *par.* 1. Faciunt not. *in l. cum à matre, C. de rei vēd. & in l. ex qua persona, ff. de reg. iur.* contrarium tamen in hoc sentit Guttier. *lib. 1. Canon. quæst. d. c. 36. num. 9. & num. vltimo, in fine.* de quo tamen alibi opportunius dicetur, & in maioratu quòd filio hæredi non obstet exceptio *dictæ l. à matre*, tenere visus est Valasc. *consult.* 69. *numero* 19. *vers. ceterum*, quia si filius nō admitteretur ad vendicādum ma-

ioratum, in breui dilaberetur, iunctis alijs fundamentis, ab eo relatis, fatetur tamen quod opinio contraria est Communis, vt ibi per eum.

Intellige vltimò, quod licèt
14 secundum veram opinionem † successor in maioratu non teneatur persoluere debita contracta per antecessorem, cuius non est hæres, vt per Bald. *in conf.* 271. *vol.* 1. & per Alex. *in conf.* 19. *vol.* 5. sicut in successore beneficij, qui non tenetur ad æs alienum contractum per antecessorem, *c. ex præsentium, de pign. vbi Abb. num.* 2. *& Felinus in c. accepimus, vers. tertio declara, de fide instr.*
15 tamen si † debitum fuerit contractum pro sustentatione personæ, & in alimentis necessarijs successor tenetur ad solutionē, si enim successor maioratus tenetur alere secundogenitum, multo magis seipsum, & si clericus, qui minus iuris habet in bonis Ecclesiæ potest obligare res Ecclesiæ pro alimentis necessarijs, quanto magis id debet licere possessori maioratus, vt argumentatur Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 54. *num.* 10. subdens ob id *num.* 11. possessorem maioratus posse pro causa alimentorū bona alienare; neque Molinam in hac parte contradicere, dum tenet: bona maioratus alienare nō posse pro sustentatione victus: nam eum intelligit, vt quidem successor in maioratu teneatur ad solutionem ęris alieni cōtracti per prædecessorem, at quod non propterea debeat alienare bona, quorum alienatio interdicitur, nè cito maioratus subuertatur; sed benè permittatur alienatio fructuum, cum facilius secundum eum onus feratur super fructibus, quàm super ipsa re, ex cuius doctrina infertur ad declarationem, quòd tametsì successor in maioratu stare non teneatur locationi factæ per possessorem, *vt dictum est suprà*, tenebi-
16 tur † tamen stare, si pro sustentatione personæ, & victus fuerit facta, eo quòd retenta illa opinione, quòd nec pro alimentis necessarijs sit licita alienatio bonorum maioratus, non erit tamē prohibita locatio pro victu, quod multo magis erit recipiendum, si debita fuissent cōtracta pro vtilitate maioratus, quatenus probetur pecuniam fuisse conuersam in illam causam, id enim totum factum videtur, ex tacita voluntate illius, qui maioratum instituit, ad illius conseruationem, cum alioquin sine reparatione necessaria citò maioratus deficeret, vt latius prosequitur Surdo *in d. priuil.* 54. *nu.* 12. *cum seq.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE VIRO, ET VXORE.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non tenetur stare præcisè locationi, sed causatiuè. Vide tamen num. 4. & 5.*

2 *Conductori non datur retentio aduersus vxorem pro damnis, & interesse.*

3 *Hæredes mariti non debent restituere vxori fundum dotalem nō recepta cautione indemnitatis, aliàs sibi præiudicant.*

6 *Vxor non tenetur stare locationi, quæ non est facta nomine suo.*

7 *Vxor respectu bonorū parapheralium tenetur stare locationi, si commisit viro administrationem eorum tacitè, aut expressè.*

8 *Dominium naturale fundi dotalis, residet penes vxorem, ciuile autem penes maritum.*

9 *Maritus dicitur dominus dotis impropriè.*

10 *Regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, declaratur.*

11 *Vxor tenetur stare locationi factæ per virum, si non excedat annum, secùs si excedat metam anni.*

12 *Locationi factæ per virum, vxore existente infirma, hæredes stare non tenentur.*

13 *Vxor recipiendo pensiones locationis, dicitur approbare ipsam locationem, & ei stare tenetur.*

14 *Maritus non tenetur stare locationi factæ ab vxore antè contractum matrimonium. Intellige vt num. 15.*

AMplia Sextò Conclusionem, vt neque vxor teneatur stare locationi factæ per maritum si matrimonium post primum annum fuerit dissolutum, vel morte, vel diuortio, & vir locauerit fundum dotalem, puta in quinquennium, si tamen vxor cautionem præstiterit de seruando maritum, vel illius hęredes indemnes à cōductore ratione damnorum & interesse, sic enim regulam negatiuā constituit Caroc. *de loc. p. 2. tit. de*
1 *iur. dot. q. 7. num. 4.* vt † vxor non tenea-

teneatur ſtare pręcisè locationi, ſed tantum cauſatiuè eſt caſus in terminis *in l. ſi filiofamilias, §. ſi vir in quinquennium, ff. ſol. mat.* ità vt ſecundum Bart. *ſub num. 1. in fine*, non poſſit colonus retinere rem: quia ſecundum eum id iure non cauetur, ſi benè inſpiciamus dictum *§. in mille annis*, vt ille ſubiungit, ſi quidem
2 † conductori non datur retẽtio, quia habet regreſſum cõtra maritum, & eius hæredes, pro intereſſe, vt probat Guttier. *Canon. quæſt. lib. 2. c. 8. n. 40. cum ibi congeſtis*, & optimè Couar. *var. reſol. lib. 2. c. 15. ſub num.* 5. & ideò datur conſilium, quod hæredes mariti nunquam cedant poſſeſſionem fundi dotalis, niſi præſtita cautione de ſeruando eos indemnes, vt per Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *numero* 105. vbi quod iſta opinio Communiter recipitur, & magis Communiter Doct. illam ſequuntur, vt teſtatur Gomez. *tit. de locat. cap. 3.*
3 *tomo 2. ſub num.* 8. alioquin † ſi fundum dotalem de plano reſtituerent, non recepta cautione; colono expulſo, nullam de cetero haberent actionem contra mulierẽ, vt ſcribit Petr. Duen. *Reg.* 240. *Limit.* 5. *verſ. contrariã tamẽ*, licet in hoc Gomez. citat. aliter dicat, videlicet, quod ſi maritus, vel hæredes non petãt, teneatur vxor ipſo iure, quatenus nolit ſtare, perindeac ſi cautionem preſtitiſſet. Bald. uerò, Ang. & alij, contrariũ probant,
4 quòd † immò vxor teneatur ſtare pręcisè locationi, vt per Alexand. *in d. §. ſi vir in quinquennium, num. 1. in principio*, & per Guttier. *d. cap. 8. numer.* 40. *verſ. contrariam tamen opinionem*, & Cuman. dicit, quòd ab hac opinione in practica non eſt recedẽdum: quia Bald. non habet contradictorem, vt refert Cardin. Mant. *de tacit. conu. lib.* 4. *tit.* 32. *num.* 98. quorum ſententia non caret fundamento: nam quando locans habet adminiſtrationem nedum reſpectù ipſius rei, verum etiam reſpectù ſui ſucceſſoris, ſucceſſor tenetur ſtare locationi, maritus eſt talis, quia non tantum dicitur legitimus adminiſtrator reſpectù rei dotalis, ſed quod magis eſt, habetur tamquàm adminiſtrator ipſius vxoris, ergò ſtare tenetur, vt dicit in terminis Abb. *in cap. fin. ne præl. vices ſuas, ſub num. 8. in fine*. Præterea, huiuſmodi trãslatio, quæ fit in mulierem, eſt neceſſaria, non voluntaria, ergò tenetur ſtare præcisè locationi ad gloſ. *in l. diuortio, in glo. magna, vbi not. ff. ſol. matr.* Vlterius hoc idem dicimus in tutore locante bona ſui pupilli, qui finita tutela ſtare tenetur, *l. ſi tutelæ, ff. de adminiſtr. tut.* non ex alio, niſi quia

habet

habet liberam administrationē, vt omnes conueniunt; igitur multo magis hoc fateri oportet in marito, qui est plus quam administrator, cum sit dominus, *l. doce ancillam, C. de rei vend.* propter quod Alex. dicit, quod ista opinio sibi videtur multum sustentabilis; & præter fundamenta superius adducta, valdè stringit, quod dos est quid vniuersale, *vt not. in Rubr. ff. sol. matr. & probat text. in l. quod dicitur, ff. de impens. in rebus dot. fact.* & Bart. *in l. 1. ff. solut. matr.* Successor autem vniuersalis stare tenetur locationi, *l. viam veritatis, C. locati.* ergò, & vxor stare cogetur, & denique opinio Baldi nititur ratione, de qua per Rol. *cons.* 49. *lib.* 1. *nu.* 5. vbi quòd mulier dando fundum in dotem, videtur tacitè permittere eius viro, quòd possit locare, cum locatio, & facultas locandi sit in fructu, *l. cum antiquitas, C. de vsufructu.*

Non est tamen recedendum à priori opinione, quæ est Communior, & verior, vt per Guttier. *in d. cap.* 8. *Canon. quæst. lib.* 2. *sub nu.* 42. quam Rota Rom. canonizauit in Romana affictus coram Pęnia, *num.* 9. de qua infrà cum declaratione, dummodò
5 † vxor pręstet cautionem de seruando maritum, vel eius hæredes indemnes, quod nemo (vt obseruat Rota) in dubium vertit, & apertè probatur *in d. §. si vir in quinquennium.*

Neque refragatur quod maritus vtpotè legitimus administrator rei, & personę, ad exemplum tutoris potuerit locare, etiam vltrà tempus matrimonij: quia istud procedit quando locatio est facta nomine alterius, & tamquàm ab administratore, tutore, vel curatore: sed vbi est facta nomine proprio, vt in marito contingit, tunc aliter est
6 dicēdum ea ratione, quòd † mulier non tenetur stare illi locationi vtpotè, quæ non fuit facta eius nomine; & licèt sit legitimus administrator, non tñ fuit vsus hac potestate, sed iure proprio, vt per Couar. *in d. cap.* 15. *lib.* 2. *sub num.* 5. *vers. huic.* quam responsionem admittit etiam Guttier. *sub num.* 42. *vers. ad secundum*. Vnde ex hoc infertur, quòd respectù rerū paraphernalium, quarum administratio tacitè ab vxore fuit concessa viro, *iuxta text. l. maritus, C. de procur.*
7 † vxor tenebitur stare præcisè locationi tàmquā factæ à viro vti legitimo administratori nomine vxoris, vt per Guttier. *ibi, num.* 43. & per Gomez. *de locat. cap.* 3. *sub num.* 8. *circa finem.*

Ad fundamentum trāslationis necessariæ respondet idem Guttier. *proximè citatus, vers. nihilominus*, quod licet translatio

sit

ſit neceſſaria,id tamen procedit erga virum, quē mulier indemnem ſeruare tenetur per cautionem,vt ſupra dictum fuit, & ſic cauſatiuè tantum, pro conſerua tione bonæ fidei, & communis ſocietatis, ſecus verò reſpectū coloni,& conductoris,quem po terit expellere, & ſic diſtinguen dum fore pro concordia Docto rum ſcribit Guttier.*ibi.*

Ratio autem Alex.quòd dos ſit ius quodam vniuerſale,facillimè remouetur,conſiderando, quòd hęres quando ſuccedit locatori in vniuerſum ius,ſtare teneatur locationi,eo quia ex perſona locatoris lucrū ſentit, ideò eius factum approbare tenetur, *l.ex qua perſona,* vbi Decius *ff.de reg.iur.cum concordantibus*,quod non applicatur in præſenti themate; nam vxor non recipit lucrum ab eius viro,quia potius re cipit incommodum dum cauſatiuè per præſtationem fideiuſſionis tenetur ad intereſſe conductoris, ſi rem propriam viro in dotem traditam vult conſe-
8 qui, ſanè licèt maritus † durante matrimonio retineat dominium ciuile penes ſe,naturale ta men reſidet apud vxorem,vt dicunt Domini *deciſ.* 125. *par.* 1. *diuerſ.nu.*18.& quo ad effectum reſtitutionis, vxor dicitur verè domina,*l.in rebus, C. de iure dot.* neque maritus dicitur habere verum dominium, vt per Rot. Romana, *in nouiſs. diuerſ. deciſ.* 717.*par.*1.*numero* 12. ſed ſolum
9 † impropriè & ſecundum quid, certo reſpectu, vt per Surd. *deciſ.*278.*num.*16. & propterea non eſt par ratio, quòd mulier ſtare teneatur locationi, prout ſtare cogitur ſucceſſor vniuerſalis.

Quatenus verò dicitur fundum dotalem à muliere datum, cenſeri traditum ſub tacita con ditione, quod maritus illum locare poſſit, & vt ex locatione fructum percipiat, & ſic tacitè videatur accomodaſſe conſenſum huic locationi, veluti in puncto per iſtam rationem decidit Surd.contra vxorem *deciſ.* 264. *num.*11.*in fine*,non reſiſtit: quia iſte conſenſus tacitus, intelligitur limitatus donec matrimonium durat, & non ultrà, ideò limitatum quoque effectū producit,*l.in agris, ff. de acquirendo rerum dominio;*& faciunt in propoſito notata per Bald. *in l. fin. §.ſed quia,in fine,C.cum.de legat.*
10 Tandem Regula,† Quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio, *l.vendicantem.ff.de euict.*non applicatur: quia tametſi uxor cauere teneatur de indemnitate, ita, ut ad euitādum circuitum, uideatur, quòd non poſſit depellere colonum, uel inquilinum, per

not.

not. *in l. dominus testamento, ff. de condict. indeb.* nihilominus, quia uxor non tenetur de euictione, sed tantum de indemnitate, nõ adaptatur ista Conclusio; cum indemnitas respiciat uirum, & nõ colonum, quem per solutionem interesse potest eijcere, & ita non tenetur præcisè stare, vt benè declarat Guttier. *num.* 44. *in loco supra citato.*

Quapropter Alexand. ad effugiendas huiusmodi difficultates, & controuersias, uidens, quod uiolatur littera *dicti §. si vir in quinquenniũ*, qui pro Communi allegatur, ut ipsemet obseruat in fine numeri primi, confugit ad aliam distinctionẽ pro concordia opinionum, ut qui-
11 dem † sentẽtia Bal. sit recipienda quatenus locatio facta fuerit à uiro ad vnum annum tantum, & sic teneatur præcisè stare locationi tamquã bona fide factæ ad modicum tempus, sine fraude, & suspicione. Si uerò sit facta ultrà annũ, & tũc non teneatur stare præcisè iuxta opinionẽ Bart. Communiter receptam, quasi debeat imputari uiro, quare non cogitauerit ad istum casum, qui poterat euenire, quòd scilicet ante tempus locationis matrimonium desineret, & dissolueretur; quam distinctionem non esse spernendam dicit Couar. *in d. cap.* 15. *lib.* 2. *num.* 5. *in fine var. resol.* & Communem dicit Ceph. *cons.* 254. *num.* 21. *lib.* 2. & eam sequuntur Vinc. Carroc. & Barb. & alij, quos ad confirmationem adducunt Moderni Rom. *de Saluiano interd. Inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 19. *& sub num.* 21. *vers. hanc autem, in vltima editione*, ubi quod ista distinctio est multum æqua, quæ etiam placet Guttier. *vbi supra num.* 45. *in fine.*

Retenta tamẽ ista distinctio-
12 ne, intellige, ut non † teneantur hæredes uxoris stare locationi factæ à marito, neque præcisè, neque causatiuè, si fuisset facta locatio muliere existente infirma, quæ mox defuncta est, diceretur enim facta in fraudem, ut ibi per Guttie. *n.* 45. & Carroc. *de locat. p.* 2. *tit. de iure dot. quæst.* 7. *num.* 13. quia maritus in hoc casu non dicitur uersatus bona fide, ut per Castr. *in d. §. si vir in quinquennium, num.* 3. ut de patre emancipante filiam existentem in articulo mortis, ut possit condere testamentũ, quòd emãcipatio non teneat, per Anchar. *cons.* 431. & in terminis nostris Moderni *in tract. de moment. cap.* 7. *num.* 49. *&* 50.

13 Item quòd † diximus uxorem teneri stare locationi præcisè, uel causatiuè debet intelligi, nisi mulier recepisset pensiones à conductore, quo casu diceretur

approbasse locationem quã seruare teneretur, vt per Modernos *de Saluiano interd. vbi suprà, num.* 27. cõsidera tamen si istud procedet, vt ità demum teneatur seruare locationem pro modo pensionum receptarum, & non vltrà: si autem accederet ipsa quoque in contractu locationis, & consensisset, cessaret omnis difficultas, vt per Carroc. *vbi suprà num.* 21.

E' cõuerso autem maritus tenetur stare locationi factæ per vxorem ante constitutam dotẽ, *secundum glo. in l. diuortio, in vers. sequatur, ff. sol. matr.* Sed contrarium magis Communiter vidẽtur tenere Doctores, quòd non
14 † teneatur stare, quia est successor voluntarius, ideò secundum veras Conclusiones stare non tenetur, *l. emptorem, C. locati.*

Nec obstat ratio æqualitatis seruandæ: quòd si vxor stare locationi non tenetur, ità nec maritus; quia respondet Alex. *in d. l. diuortio; sub nu.* 38. quòd mulier non tenetur stare locationi præcisè, sed causatiuè tantum. Idem tenet Couaruuias *in d. cap.* 15. *lib.* 2. *num.* 5. *vers. quid autem.* & sequuntur Moderni Rom. *de Saluiano Interd. Inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 28. cum ista tamen decla-
15 ratione, nisi † vir fuerit sciens locationis, tempore constitutæ dotis, quo casu censetur consentire locationi, & proindè cogitur stare; & hoc pacto potest saluari glos. *in d. l. donatio, vt ibi per Alex. num.* 38. *vers. addo*, quod non placet Guttier. *in d. cap.* 8. *lib.* 2. *num.* 46. nam sciens secundum eum non intelligitur iuri suo renuntiare, cum sciat illud durare, nisi aliundè probetur, de quo tamen opportunè alibi videbimus; & sufficiat pro nunc, Doctores in hac materia magis Communiter ita sentire, vt dictum fuit, quatenus tamen probetur scientia ipsius, vt per Carroc. *cit. num.* 22. & 23.

Reuer. Patre Domino Pęnia.

Romana affictus, seu locationis, die Mercurij 26. Apr.
M D LXXXIX.

Tenutam Turris Mancinæ D. Henricus Vrsinus pro scutis 6000. auri D. Alexãdro Vrsino genero in dotem dedit, cum pacto, quòd idem Henricus, & sui successores possent quandocunque dictam tenutã pro eodemmet pretio redimere.

Alexander finitis quibusdam pręcedentibus locationibus, die 12. Martij anni 1571. eandem tenutam pro scutis 600. annuis monetę ad rationem decem Iuliorum pro singulo scuto, Petro Paulo Piateto ad nouem annos

ad omnes fructus allocauit.

Henricus vigore dicti pacti anno 1579. tenutam redimens, post redemptionem eidem Piateto pro scutis 900. annuis monetæ de nouo locauit.

Piatetus, qui ab Alexandro tenutam pro scutis 600. conduxerat, prætendens Alexandrum teneri ad augmētum scutorum 300. per eum Henrico solutorum pro tempore, quo locatio ab Alexandro sibi facta durare debebat, nisi Henricus redemisset, cōtra illum egit; sed Petrus Paulus Piatetus actionem repellendo, dicebat nullum se debere augumentum, sed Hēricum potius teneri stare locationi à se Piateto factę, quamuis tenutam redemisset.

Et cum Dominus Oriolens. prædecessor meus, aliàs extra Rotam dubitasset, an Henricus teneretur stare locationi factæ Petro Paulo Piateto per d. Alexandrum, & propter diffidētes Dominorum sentētias, nihil esset definitum, me idem dubium proponente, Domini tenuerunt Henricum locationem prædictā obseruare debere, per doctr. Bal. *in l. 1. circa fin. num. 3. vers. item pone vendidi tibi fundum, C. de iure fisci, lib.* 10. volentis, eum, qui recuperat rem ex pacto de retrouendendo, teneri stare colono, quem Doct. Communiter sequuntur, Alex. *in l. filiofamilias, §. si vir in quinquennium, dicto num. 11. vers. item fallit, quando vendidi fundum, ff. sol. matr.* & ibidem Cuman. licèt Baldi mentionem non faciat, *num. 7. vers. si autem transferretur*, Socin. Sen. *cons. 125. incip. Visa narratione, num. 3. vers. confirmatur per id, lib.* 1. Rol. *cons.* 49. *incip. Decreueram, num. 2. & seq. vers. tamen quod ea nō obstante, lib.* 2. Gozad. *in l. 2. num. 143. C. de pact. inter empt. & vend.* quam sententiam licèt expresśè non amplectatur, non tamen reprehendit Tiraq. *de retractu conuent. §. 3. glos. 1. nu.* 14. *vers. sed, & illud quærendum dicimus.*

Neque ab hac opinione Baldi in practica recedendum fore, cū cōtradictore careat, dixit Alex. *in d. l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, num. 11. ff. solut. matr.* & Rol. *d. cons. 49. n. 5. lib. 2.*

Et Cagnol. *in l. 2. quæst. 75. n. 220. vers. sed contrariū, C. de pact. inter emp. & vendit.* licèt enim à Baldi sententia recedere niteretur, nihilominus *ibid. nu. 221. vers. hanc Conclusionem*, in practica contra opinionem Baldi obtinere durum esse fatetur.

Quam satis probat *l. si filiofamilias, §. si vir in quinquēnium, ff. sol. matr.* cum mulier locationi fundi dotalis per maritum factæ, matrimonio soluto, stare

debeat: propterea, quod translatio, quæ fit in eam, est necessaria, nō volūtaria, vt notat Alex. *in d. §. si vir in quinquennium, nu. 1. verſ. nam ſi translatio*, glo. *in l. diuortio, quæ alias incipit fructus, ff. sol. matr.* Cin. Salic. & alij, *in l. emptorem, C. locati.* quæ ratio similiter reperitur in hoc casu, cū Dominus Henricus tenutam redemerit virtute cōuentionis appositæ; vndè translatio, quæ in eum fit, necessaria est.

Nec propterea dicitur volūtaria, quia ab initio conuentio inter dictum Henricum, & Alexandrum voluntariè fuerit facta, *l. 1. in princ. ff. de pac.* nam dicebatur, quòd licèt ab initio cōtractus sint voluntarij; postquā tamen perfecti sunt, necessarij efficiuntur, *l. sicut, C. de act. & oblig. l. in commodato, §. sicut, ff. commod.*

Accedebat etiam: nam quando quis habet plenam administrationem rei alienæ, rem locare potest, ità, vt rei dominus locationi stare teneatur, *l. si tutelæ, ff. de admini. tut.* Cin. *in d. l. emptorem, num. 6. quæst. 3. verſ. autem habuerit solidam rei administrationem*, quem alij Communiter sequūtur, *C. loc.* Soc. Sen. *conſ. 32. incip. ex his, quæ superius, nu. 7. verſ. quinto probatur, lib. 1.* Rol. *d. conſ. 49. num. 7. verſ. hinc etiam videmus, lib. 2.*

Vndè cum emptor, qui fecit pactum de retrouendendo, quādiu venditor non redimit, plenā rei administrationem habet, & locare potest, & eius locationi venditor stabit, quāuis redimat, Alexan. *in d. §. si vir in quinquennium, num. 1. paulo post princip.* propterea soluto matrimonio, mulierem locationi per maritū factæ stare debere, tradit; quia maritus matrimonio constante, nedum plenam administrationem rei dotalis habet, sed illius etiam verus dominus esse censetur, *l. doce ancillam, C. de rei vendicat.*

Vndè cum D. Alexander plenam dictæ tenutæ administrationem haberet, locare illam sibi licuit, & ideò Henricus locationi stabit.

Quod eo magis procedit, quoniam Alexander bona fide, non malitiosè pro pretio 600. scutorum annuorum Petro Paulo Piateto locationem fecit, quo casu sine difficultate procedit prædicta doctr. Cini, *in d. l. emptorem, quæst. 3. numer. 6. verſ. & tunc si antecessor.* Paul. de Castr. *in d. §. si vir in quinquennium, nu. 2. verſ. sed cert. mar. tut. & num. 3. verſ. & ratio quare*, & ibidem Alex. *num. 1. circa fin. verſ. istum tamen text.* Socin. Sen. *conſ. 32. incip. Ex his, quæ superius, num. 7. lib. 1.* Rol. *d. conſ. 49. nu. 5. verſ.*

pro

pro cuius confirmatione,lib. 2. Cagnol.*in d.l.* 2.*C.de pact.inter emp. & vend.q.*75.*num.* 223. *vers. retenta tamen opinione*, & hæc ratio multum mouit Dominos, nè à recepta Baldi sententia recedendum putarent.

Nec de bona fide Alexandri dubitabatur, cum aliquot proximè præcedentes locationes, ad minorem etiam summam quàm 600. scutorum factæ reperirentur, nempè vna Domino Aloisio Roberto, anno 1557. ad nouennium pro annua pensione scutorum 300. auri in auro; altera vero de anno 1579. item ad nouē annos, pro annua pensione scutorum 450. monetæ, & eo minus in hoc casu dubitabilis visa fuit Dominis Baldi sententia, quoniam non agebatur præcipuè, an dictus Henricus præcisè teneretur stare colono, sed nunquid deberet reficere damna, quæ colonus ob id, quod ei nō staretur, passus fuit, stante præsertim protestatione.

Præcipua enim ratio, quæ mouit Cagn. vt à Baldi sententia recederet, illa est: quia non videbatur satis probari, immò potius impugnari, ex textu qui pro ea citari solet *in d.l.si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff. solut. matr.* quatenus ibi iuxta quorundam interpretationem mulier non tenetur præcisè stare locationi, sed solum cauere, quod maritus ex coloni expulsione, detrimentum non patiatur; licèt enim concederetur veram esse hāc interpretationem, ille text. saltem probat (quod nemo vertit in dubium) eādem mulierem teneri reficere marito, quidquid occasione molestię colono illatæ passus fuerit; vnde sicut mulier tenetur marito ad prædictum damnum, ità etiam, qui ex pacto redimit, teneri debet retrouendenti ad dāna, quæ cōductor patietur: quia locatione frui non potest, cum maritus non sit solidior dominus rerum dotalium, quam sit emptor rei emptæ, aut sibi assignatæ cum pacto de retrouendendo; quinimmò talis est emptor qui probabiliorem spem habere videtur, quod aliquando futurus sit verus rei dominus, quam maritus, qui certus est, saltem tempore mortis vxoris, se fundum dotale restiturum: vndè cessat illa obiectio eiusdē Cagnoli, *in d.l.* 2. *num.* 220. *de pact. inter empt. & vendit.* dicentis maritū non debuisse cogitare dissoluendum matrimonium, perindè ac emptorem retrouenditioni locum esse futurum; ex prædictis enim constat facilius maritum debere credere, locum futurum restitutioni dotis, quàm emptorem restitutioni rei emptæ.

Non

Non dicatur Baldi sentētiam intelligendam fore de locatione ad vnum annum facta; secus si vltra annum, vbi singulis annis percipiuntur fructus: nam tunc successor non tenetur stare colono, Cagnol. *in d. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. quæst. 75. nu. 221. vers. 2. limit.* Hier. Gabr. *cons. 68. lib. 1.*

Quoniam Baldi sententiam sinè restrictione ad locationem vnius anni, Domini dixerūt procedere, præsertim cum text. *in §. si vir in quinquennium*, qui ad eam limitationem probandam affertur, pro ea non facit, ibi enim vnius anni fit mentio, non quia maritus pręcisè stare teneretur locationi magis pro anno, quàm pro quinquēnio: sed quia contigit matrimonium extitisse per annum post locationem, & ideò cum maritus fructus percepisset, non erat quòd illi caueretur pro tempore, pro quo nullum damnum sustinere poterat.

Regula illa generalis, quod singularis successor non teneatur stare colono, *desumpta ex l. emptorem, C. locati.* de qua Alex. *cons. 118. lib. 5.* & ceteri, quos refert Anton. Gomez. *tomo 2. Var. resol. cap. 2. num. 9. vers. item quæro an contractus*, non impugnat superiorem decisionem, cum multas patiatur limitationes, quas prosequitur Alex. *in §. si vir in quinquennium*, inter quas vna hæc est, quā Domini in hoc casu firmarunt: locationi enim factæ per emptorem, qui rem habuit cum pacto de retrouendendo, stare tenetur venditor, quamuis redimat, cum emptor de voluntate domini locasse videatur, & dominus redimere potuisset, si locari, & frui impedire voluisset, *l. si vir vxori, C. de præscript. verbis*, quæ fuit ratio Bal. *in d. l. 1. num. 35. C. de iure fisci, lib. 10.* & dominus rei saltem tacitè locationi rei suæ consentire videtur, argumento *l. cum antiquitas, C. de vsufruct.* Alex. *in d. §. si vir in quinquennium, n. 11.* præsertim cum si noluisset ab vsufructuario eam locari à principio, id exprimere, & in pactum deducere potuisset.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De fisco, & successore fisci.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus etsì videatur necessarius successor, non tamen stare tenetur locationi.*

2 *Fisci fauor est, vt non teneatur stare locationi.*

3 *Fiscus quando est successor vniuersalis stare tenetur locationi.*

4 *Fiscus quando ex maleficio succedit, non dicitur propriè hæres.*

5 *Fiscus etsì non repræsentet personam repræsentat tamen respectu bonorum.*

6 *Fiscus in his quæ antecedunt delictum vtitur iure priuati.*

7 *Emens à fisco tenetur stare locationi.*

8 *Text. in l. cognouimus, C. de manc. & col. patrim. lib. 11. declaratur.*

9 *Conducens à fisco acquirit ius in re, quod non accidit in priuato.*

10 *Contractus fisci vim legis obtinent.*

11 *Fides in Principe summopere necessaria est.*

1 Amplia Septimò in † fisco, qui tametsi possit certo modo dici necessarius successor non tamẽ stare tenetur locationi, est text. *in l. si fundus, ff. locati, vbi glos. in verb. teneris*. Inquit enim Iurisconf. quod si fundus, quem locasti sit publicatus, teneris actione ex conducto erga conductorem, & glos. *in verbo, publicatus*, dicit, si sit publicatus propter delictum, si namque fiscus teneretur stare locationi, cõductor nullam haberet actionem contra locatorẽ, cuius contrarium probat text. cit. non ex
2 alio, nisi † quia est inductum fauore fisci, vt stare non teneatur, *l. vltima, ff. de iure fisci*, & Card. Mant. *de tacit. conu. lib. 5. tit. 10. num. 10.*

Hoc tamen verum intellige, vbi fiscus est successor particularis, sic enim loquitur text. *in d. l. si fundus*, quando scilicet succedit in aliqua re particulari, vt in fundo, domo, & similibus, secùs si est successor vniuersalis: quia

3 quia † tunc æquiparatur hæredi, & omninò stare tenetur, Alex. *in l. si filio, §. si vir in quinquennium, num.* 19. *ff. solut. matr.* vidend. quem alijs adductis sequitur Gomez. *Var. resolut. tit. de locat. cap.* 3. *tomo* 2. *num.* 10. Carroc. *de loc. par.* 8. *tit. de success. quæst.* 14. *l. inter cos, §. vltimo, ff. de fidei iß.* tali enim casu fiscus vtitur iure priuati, in cuius locũ succedit, *l. fiscus, ff. de iure fisci.* priuatus autem quando succedit in vniuersum ius, stare tenetur locationi, neque potest improbare factum a defuncto, ideò neque fiscus, vt post Rom. & Alex. argumẽtatur Card. Mãt. *de tacit. conu. lib.* 1. *tit.* 9. *vers. quo loci*, subtiliter de more dicit,

4 quòd † licèt fiscus, qui ex maleficio succedit, non propriè dicatur hæres, sed potius loco hæredis habeatur, *per text. in l. quoties, §. fin. ff. de nouat. & per text. in l. inter cos, §. vltimo, ff. de fideiuß. & l. tutoris, C. ad leg. Iuliam de vi.* quod etiam obseruat Bart. *in l. si constante, §. vbi, num.* 2. *vbi Bald. in princ. ff. sol. matrim.* cum alijs *ibi* per Card. adductis, qui exemplificat in fisco succedente in bonis vacantibus, vt verè non dicatur hæres, secundum Bart. *in l. postquam hæres, num.* 2. *in fine, vt leg. nom. caueat.* & licèt hæres in locatione debeat perseuerare, nec possit illam infringere, ex eo quòd succedit nedũ in iure reali, sed etiã in iure personali, propter repræsentationem: quæ ratio in fisco non potest locum habere, cũ fiscus non repræsentet personam, sed solummodo succedat in bonis, nõ autem personæ, quæ potius extinguitur, & annihilatur, iuxta sentẽtiam Bald. *in d. l. si constante, §. vltimo ff. sol. matr.* vbi Alex. *num.* 4. nihilominus fiscus tenetur stare locationi, quando est successor vniuersalis, non atten-

5 ta illa ratione, quòd † non repręsentat personam, quæ ad istum effectum non consideratur: sed duntaxat attendimus repræsentationem bonorum, quæ transeunt in fiscum, cum sua causa, & qualitate, *l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebel.* vt ibi per Mant. *num.* 8.

6 Maximè quia † fiscus in his quæ antecedunt debitum, & in præteritis contractibus, quando succedit priuato, ipse quoque vtitur iure priuati, *l. fiscus, in princ. ff. de iure fisci*; quod etiam scribit Alexand. *in d. l. si constante, §. fin. num.* 4. *vers. nam fiscus*, ita, vt fiscus per omnia habeatur in huiusmodi, loco hæredis, *l. quoties, §. fin. ff. de nouat.* cum alijs adductis per ipsum Card. Mant. *vbi supra cit. numero* 9. & 10.

7 E`conuerso autem † emens

à fisco

à fiſco ſtare cogitur locationi, quod multi dicũt ſpeciale in fiſco, nè teneatur ad intereſſe cõductori, vt ſcribit Salicet. *in l. emptorem, in 5. oppoſ. C. locati, per text. in l. fin. in fine, ff. de iure fiſci*, & plures in hanc ſentẽtiam adducit Petr. Duen. Reg. 240. Limit. 8. & nouiſſ. Card. Mant. *de tac. conu. lib. 5. tit. 10. num. 28.* vbi dicit, quòd nonnulli hoc adeò verum eſſe arbitrati ſunt, quod ſi ſucceſſor fiſci expellat de facto ſuum inquilinum, vel colonum, debet priuari omni commodo, *per text. in l. cognouimus, C. de manc. & color. patrim. lib. 11.* quem text. dicunt eſſe ſingularem, vt aduertit Card. *ibi.*

8 Verùm pęna priuationis, † de qua *in d. l. cognouimus*, nõ debet extẽdi ad conducentẽ à fiſco: loquitur enim de colonis antiquiſſimis, & patrimonialibus, vt obſeruat Pinel. *in l. 1. C. de bon. mat. par. 3. num. 6. verſ. nec omitto.* vndè non debet fieri iſta extenſio, quæ repugnat, & cõtradicit Regulis iuris: in pęnalibus enim non fit talis extẽſio, Card. Seraf. *decif. 1443. num. 12. & 13.* neque proceditur de ſimilibus ad ſimilia; idẽ Seraf. *decif. 1410. num. 29.* maximè, vbi datur diuerſitas rationis.

Ceterum, recurrere ad rationem ſpecialitatis, videtur refugium miſerorum, & debilitas intellectus, ideò plus placet alia ratio; quod emens à fiſco, teneatur ſtare colono, dato quod ſit cõductor ad modicum tempus:

9 quia † in conducentem à fiſco transfertur ius in re, quod non accidit in alio priuato, Cardin. Mant. *de tac. conuen. lib. 5. tit. 10. num. 17.* quando autem ius reale acquiritur conductori, ceſſat diſpoſitio *l. emptorem, C. locati.* ſecundum Communem ſententiam, de qua teſtatur Pinel. *in d. l. 1. parte 3. C. de bon. matern. nu. 68. verſ. infertur decimo.* meritò & iſta ratio, verior videtur, quidquid contrarũ dixerit gloſ. *in l. prima, §. quod autem ait, ff. de ſuperficie.* vt conſiderat Steph. Grat. *Diſcept. forenſ. par. 2. cap. 357. nu. 15. cum ſeq.* vbi in hanc ſententiam alios plures adducit.

Non tamen eſt ſpernenda ratio, quam adducit Mant. *d. lib. 5. tit. 4. num. 28. in fine*, quod ſcilicet ſuccedens in iure fiſci, tenetur ſtare colono, ex eo, quod

10 † contractus fiſcales, vim legis obtinent, *l. Cæſar, ff. de public.* atque ideò ſine alterius iniuria ſẽper ſunt intelligendi, *l. meminerint, C. vnde vi.* & optimè Rom. *in d. §. ſi vir in quinquennium, nu. 39.* & hanc rationem differentiæ in eo, qui conducit à priuato, & in eo qui conducit à fiſco, conſiderat Pinel. *de bon. matern.*

in l.1.par.3.sub num.67.in fine, vers. vltra Doctores, quòd scilicet id accidit ex nimia potestate locantis, tùm ex fide quæ maior in Principe, quàm in priuato desideratur: quoties enim maior potestas reperitur in concedente, firmior quoque acquisitio speratur, vt colligitur ex not. per Bart. & Castr. *in d.l.Cesar, ff. de publican.* Ias. *in l.quoties,*
11 *col.2.C.de rei ven.* † Fides enim, & constantia in Principe summoperè est necessaria, vt per Pinel. citatum.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Ecclesia, & illius successore, & de Republica.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, & locus pius, non tenetur stare locationi.*
2 *Successor Ecclesię non tenetur stare locationi. Contrarium nu. 6.*
3 *Fiscus habet priuilegium tacitæ hyppothecæ, quod non habet Ecclesia.*
4 *Conducens à Fisco, & à Republica etiam ad modicum tempus, acquirit ius in re, quod non est in priuato.*
5 *Argumentum ab æquiparatis fragile.*
7 *Tacita hypotheca non inducitur nisi expreßè caueatur.*
8 *Coloni Reipublicæ vtiles domini efficiuntur.*
9 *Cautela ad fauorem Fisci, & Reipublicæ.*

1 AMplia Octauò, vt † Ecclesia quoque, & locus pius non teneãtur stare locationi, valet enim argumentum de Fisco ad Ecclesiã, vnde quemadmodum Fiscus successor non tenetur stare, vt firmauimus in antecedẽti ampliatione, itá neque Ecclesia, à pari nãquè procedunt in priuilegijs, Fiscus, & Ecclesia, vt pluribus exornat Euerard. *in sua Centur. in loco à Fisco ad Ecclesiam*, quod & in priuilegium inductũ fuisse post Alb. & Cephal. dicit Carroc. *de loca. tit. de success. quæst.* 20. *num.* 2.

2 Et idem † in successore Ecclesiæ, quod non teneatur stare locationi firmat Alex. *in l. si filio, §. si vir in quinquennium, sub num.* 5 *.ff. sol. matr.* dicens, non putare veram opinionem Romani aliter sentientis: quia dum Roman. fundat se in æquiparatione, quę viget inter Fiscũ, & Ecclesiam, per text. *in l. fin. C. de sacrosanct. Eccl.* respondet, quod in illa lege solummodo æquiparantur Ciuitas, & Ecclesia: sed de Fisco nullum verbum, vndè cum non caueatur iure, meritò

cessat priuilegium, exẽplo enim videmus secundum eum quod
3 † fiscus habet priuilegium tacitæ hypothecæ, *l.2.C.de priuil.fisci*, quod tamen non habemus in Ecclesia; & allegat in proposito Bald. in Rubr. *C. de priuileg. fisci, & in d.l.fin. C. de sacrosanct. Eccles.in* 8 *.col.* maximè, quia in dubio quando Ecclesia non reperitur priuilegiata, vtitur iure Communi, *c.* 1 *.de alien feudi*. ergò standum est Regulæ *d. l.emptorem*, vt per Guttier. *Canon. quæst.lib.*2 *.cap.*8 *.n.*69. qui alios refert, & æquiparatio quę fit inter Fiscum, & Ecclesiam, nõ videtur iuridica: quia quando lex parificat duos casus in vna materia, non extenditur ad aliam materiam diuersam, & sic æquiparatio debet fieri duntaxat in casibus à iure expressis, vt per relatos ab eodem Guttier. *num.* 70. qui sentiunt contrarium aduersus Bartolum.

Verum Alex. non fuit recordatus de eo quod scripsit *in l. diuortio, §. si fundum, sub num.*2. *vers. nec obstat, ff. solut. matrim.* vbi dicit, quod qui rem conducit à priuato ad modicum tem-
4 pus, non acquirit ius in re, † secùs in eo qui cõducit à Fisco, & à Republica. Is enim dicitur habere ius in re, dato, quòd conducat ad modicum tempus, vt est text. secundum eum, cum glos. *in l.* 1 *.ff. de loc. publ. fruend.* & Bart. *in l.* 1. *§. quod autem, ff. de superfic.* Ecce igitur, quòd argumentatio Romani non est spernenda, quamuis allegauerit *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* nam etsi in eo textu non fiat mentio de Fisco, fit tamen mentio de Ecclesia, & de Republica: sed emens à Fisco, & à Republica, acquirit ius in re, vt ipse affirmat *in d.§.si fundum*, ergò quẽadmodum emens à Republica stare tenetur locationi, ità emẽs & habens causam ab Ecclesia, stare cogitur; patet itaque in hoc lapsum fuisse Alex. & Cur. Sen. *cons.* 10. qui illum fuit sequutus, vt aduertit Pinel. *de bo. matern.par.*3 *.num.*68 *.vers.infertur vndecimo*, & fuit doctrina Bart. *in l.cognouimus, num.* 2. *C. de mancip. & colon. lib.* 11. licet Alexan. non agnoscat eam tamquàm doctrinam Bartoli.

5 Et tametsi † videatur fragilis ratio, ab æquiparatis, vbi dari potest aliqualis diuersitas rationis, secundum Felin. *numero* 10. *de constitut.* & Abb. *in c. auditis, num.* 10 *.cum seq.de restitut. in integr.* & Bald. *in l.prima, C. si propter public. pensit.* tamen pro nunc ista diuersitas non videtur substantialis, ità, vt ad fauorem Ecclesiæ in dubio sit inclinandum; & iure meritò Alex. improbauit etiam Hieron. Gratus *cons.*

consil. 95. *numero* 23. *libr.* 1.

Et saltem ista opinio videtur probabilior, nè Ecclesia teneatur ad interesse, vt in fisco, veluti in vtroque loquitur Magon. *decis. Luc.* 11. *numer.* 2. & plures in hanc sententiam euntes adducit Duen. Regula 240. Limit. 9. & de Communi, quòd
6 † successor Ecclesiæ teneatur stare colono, testatur Carroc. *de locat. par.* 4. *quæst.* 19. *numer.* 3. & de veriori, & Communi Guttier. *vbi suprà sub numer.* 70. *versic. nihilominus*, & reprobato Alexand. & Curt. Iun. illum sequentem, hanc pariter tenet Valasc. *Consult.* 40. *tomo* 1. est verum, quod Bart. loquitur in colono, qui stetit in fundo per maximum tempus, & sic eius Conclusio non videtur adaptari omni colono, vt ibi aduertit Valasc. num. 3. dicens alios non considerasse; verum ipse respõdet, quòd Communiter Doctores intelligunt doctrinam Bart. in quocumque colono: & ità de facto contra Alex. fuisse iudicatum in vtroque Senatu, vt testatur.......

Nequè illa ratio de priuilegio tacitæ hypothecæ (quam non habet Ecclesia) subsistit: quia in hoc habemus Regulas
7 iuris benè firmatas, quod † tacita hypotheca non inducitur nisi expressè caueatur, glos. fin. *in fine, in l.* 2. *C. de priuil. credit.* & benè Surd. *decis.* 31. *nu.* 9. nil mirum si non possumus inferre de vno ad aliud, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

8 Quod etiam habet locum † in colonis Municipij, & Reipublicæ, quamuis ad modicum tempus: quia eis acquiritur ius vtile, tametsi ad modicum tempus conduxerint, immò efficiuntur vtiles domini, & eis datur vtilis actio in rem, Bart. *in l.* 1. *de loc. publ. fruend.* cum alijs de quibus per Euerard. *in loco à feud. ad emphyt. num.* 52. & 53. proindè expelli non possunt; sed successor tenetur stare iuxta Conclusiones Communes in hac materia firmatas, in tãtum quod Doctores inferunt vnum valde notabile, quod conducens à fisco, & à Republica plantando, seu arbores inserendo in ipsa re conducta, efficitur earum vtilis dominus, & ob id poterit illos trãsferre, & imputet sibi dominus, qui rem suam locando, non sibi
9 prospexerit; vndè ob † id datur pro cautela, vt adijciatur pactũ per locatorem, nè cõductori aliquod dominium vtile transferatur in re conducta, vt post Bald. Imol. Alex. & Euerard. nouissimè scribit Steph. Gratian. *Discept. forens. cap.* 357. *num.* 20. *parte* 2.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Minore, & Pupillo.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus stante Statuto quod in contractibus minorum seruari debeat certa solemnitas, non tenetur stare locationi factæ per tutorem, & curatorem.*

2 *Contractus locationis cadit sub Statuto de contractibus minorum.*

3 *Statutum de contractibus minorum, comprehendit quemcumque contractum in quo minor, vel pupillus lędi potest.*

4 *Statutum generale, & vniuersale, quod de contractibus minorũ loquitur, comprehendit quemcumque contractum, & quasi contractum.*

5 *Iuramentum non conualidat contractum minoris ipso iure nullum, præsertim si præsumit contractum dolosum, & fraudulentum.*

6 *Locationi ad longum tempus pupillus stare non tenetur si est facta absque Iudicis Decreto. Quod amplia, vt ibi.*

7 *Tutor sicut bona pupilli alienare non potest absque debitis solemnitatibus, ità neque locare ad longum tempus, etiam cum pacto quod fiat renouatio locationis.*

8 *Pupillus de iure Communi tenetur stare locationi ad modicum tempus factæ per tutorem finita tutela.*

9 *Locationi fraudulentæ pupillus stare non tenetur, & ibi habes exempla.*

10 *Pupillus locationi factæ per suũ tutorem stare non tenetur, quando de legitima tutela non constat.*

11 *Pupillus in omnem casum aduersus locationem nulliter factam, habet restitutionem in integrũ, vel aduersus suum tutorem, vel aduersus eum qui secum contraxit.*

12 *Tutor testamentarius potest bona pupilli locare attenta iuris dispositione, etiam si non fuerit decreta administratio aliquibus tamen concurrentibus, vt hic.*

Amplia

1 AMplia Nonò, vt † neque pupillus, neque minor teneatur stare locationi factæ ab eorum tutoribus, & curatoribus exstante Statuto, quod in contractibus eorum debeant interuenire duo proximiores agnati, vel cognati, cum Iudicis Decreto, ac alijs solemnitatibus, alioquin sint nulli, & fingatur, & præsumantur ipso iure clàm, & dolo extorti, prout in Statuto nostro Rauennæ: nam quando locatio requirit certam solemnitatem, si illa omittatur, successor stare non tenetur locationi, vt consuluit Alexand. *in conf.160.num.4.lib.6.* & in locatione nulla ex defectu solemnitatum Statuti, Crauet. *in quæst. de indemn. mul. post tract. de antiq. tempor. sub num.* 1. *cum seq.*

2 Nec ambigendum quin † talis contractus locationis cadat sub Statuto, cum dicatur contractus nominatus, vltrò citròq; obligatorius, *l. Labeo, §. contractum, ff. de verb. signif. l. iuris gentium, ff. de pact. in princ.* cū enim tale Statutum fuerit conditum ad obuiandum fraudibus, & illud sit fauorabile, vt per Card. Seraph. *decis.* 791. *num.* 1. com-
3 prehendit † quemcumque contractum in quo minor vel pupillus potest lędi. Put. *decis.* 162. *nu.* 2. *lib.* 1. Cresc. *decis.* 3. *de Constit.* & fuit dictum in Romana releuationis indemnitatis coram R. P. D. Ottembergio, 22. Maij, 1602. & pluries in Rota fuit firmatum, vndè negari non potest, quin subsistat eadem ratio Statuti in locatione, vt per Car. Seraph. *decis.* 730. *num.* 4. nec ob id dicitur satisfactum Statuto, si curator, vel tutor locet nomine pupilli, quando adsunt cōsanguinei, vt per Corn. *conf.* 241. *n.* 7. *lib.* 2. & Borgn. *de tut. nu.* 130.
4 idque magis, quādo † Statutum loquitur per verba ampla, generalia, & vniuersalia, prout loquitur Statutum nostrum, tunc sinè ansa alicuius dubitationis venit qualiscumque cōtractus, immò, & quasi contractus, vt per eundem Card. Seraph. *dec.* 720. *sub num.* 4. quidquid cōtrarium
5 dixerit Ias. † neque iuramento contractus confirmari potest, cū ipso iure annulletur per Statutum, secundum glos. *in l. si qua mulier, C. ad Velleian.* quam sequitur Gozad. *conf.* 16. *num.* 17. Vltra quod, Statutum pręsumit cōtractum dolosum, & fraudulentum, quo casu non cōualidatur iuramento, vt ibi per eum, stante præsertim defectu solemnitatum, quæ ob publicam vtilitatem sunt introductæ, cui Statuto partes cum iuramento derogare non possunt, vt ibi per Gozad. *num.* 14.

6 Præsertim in † locatione ad longum

longum tempus, quæ etiam attento iure Communi requirit Decretum Iudicis, alioquin nō valet, neque pupillus ei stare tenetur, cum sit species alienationis, Carroc. *de loc. tit. de tut. par. 2. quæst. 6. nu. 5.* & latè Simonc. de Decret. *lib. 2. tit. 6. Inspect. 3. nu. 25. & 26. vbi nu. 23. & 24.* dicit, hoc etiam procedere, dato quod præcessisset pactum, quod nullum ius reale intelligeretur constitutum in re conducta: quamuis multi Contrarium teneant, quorum opinio refellitur, cum tale pactum dicatur appositum in fraudē, tametsi fuisset actum quòd tot essent locationes, quot sunt anni, vt per Peregrin. *de fideicom. art. 40. n. 108.* Cum enim per locationem ad longum tempus constituatur ius in re, *vt per glos. in Clement. 1. in fine, vbi omnes Canonistæ de reb. Eccles. non alien.* sequitur quod
7 † sicut tutor alienare non potest nisi seruatis seruandis, itá neque locare, cum huiusmodi pacto, quòd finitis primis annis, debeat renouari locatio; quia continet speciē alienationis, vt per Alex. *cons. 165. lib. 2. numer. 1.* & per Ang. *in Authent. de non alienand. in §. neque.* sicque in locatione rerum Ecclesiæ talis cautela Communiter reprobatur, *obstante Extrauag. Ambitiosè, de reb. eccles. non alien.* prout affirmat Couar. *Var. resol. lib. 2. cap. 16. sub num. 4. in fine*, vbi quod tales conuentiones tāmquàm in fraudem legis factæ, non sunt attendendæ.

Circumscripto autem Statuto, res caret penè omni difficul
8 tate, quod † ad modicum tempus locatio tenet, & minor, seu pupillus illi stare tenetur finita tutela, & cura, *arg. l. si tutelæ, ff. de administ. tut.* Couar. *Var. resol. cap. 15. lib. 2. sub nu. 4. circa med.* Carroc. *de loca. tit. de tut. & cura. par. 2. quæst. 6. num. 1. cum ibi citatis*, & nouissimè Card. Mant. *de tac. conu. lib. 5. tit. 10. nu. 22.* & ratio potest esse duplex.

Prima, quia in hac parte tutor dicitur habere tacitum mandatum à Lege, nec ob id officiū suum debet ei esse damnosum, Steph. Grat. *Discept. forens. cap. 37. num. 13. par. 1. Glos. in l. mandato generali, ff. de procur.* Bart. *in l. inter bonorum, ff. de administr. tut.* & Ias. *in l. à Diuo Pio, § sed si emptor*, vbi Bart. *num. 8. C. de re iudic.*

Secunda, quia tutor habet legitimam administrationem bonorum, Abbas *in cap. fin. ne prælati vic. suas, nu. 8.* Roland. *cons. 49. vol. 2. num. 7.* & quamuis singularis successor non teneatur stare locationi, per text. *in l. emptorem, C. locati*, tamen ille text. loquitur in eo, qui locauit nomine

mine

mine proprio, & potuit apertius legem dicere, non autem in locāte nomine alieno qui habet administrationem plenam, nedum respectu rei, sed etiam respectu personæ, qualis est tutor, & curator, quo casu successor stare tenetur, vt magistraliter præ ceteris declarat Abbas *in d.cap.fin.sub num.* 8. & itá fuit decisum in Senatu Mantuano, vt per Surd.*decis.* 299. Subiūgit tamen Surd. ex intētione Senatus, aduertendum esse, nè fortè
9 locatio fiat fraudulenter,† eatenus enim valet locatio facta per tutorem, & curatorem, quatenus bona fide fiat, vt dicit Tiraq.*de iure conu.§. 3. glos. vnica, sub nu.*18. vt puta, si in tempus longius quam expediebat, fuerit factà locatio; quod dicunt probari *in d.l.si tutelę,ff.de administ. tut.*ibi: *si tamen potuit, & debuit eo modo contrahere*. Qui text.secundum Surd.*num.*5.decidit casum in terminis; vel si non iusto pretio, aut cum maxima lęsione pupilli absque vrgēti necessitate locatio fiat, vt ibi per eum *nu. 9.&* 10. est tamen verum, quod alleganti fraudem, onus probandi incumbit, cum illa non præsumatur, & sonet in delictum *l. merito, ff.pro soc.* cū alijs de quibus per Surd.*ibi nu.*8.quæ fraus adiuuabitur præsumptionibus, vt idem prosequitur *num. 9.* Sic etiam videmus in alijs cōtractibus simulatis, quibus minor stare non tenetur, vt per Franc. March.*decis.*248.*par.*1. & in tutore, & curatore, Cin *in l.emptorem, col.fin.C.locati.*

Verum pupillus eatenus stare tenetur locationi factæ per suum tutorem, quatenus de legitima tutela possit constare, namque si de ea legitimè non constaret, aut fortè non fuisset decreta, vel alio vitio, & defectu laboraret, perindè esset, ac
10 † si à priuato locatio fuisset facta; nec per consequens teneretur pupillus stare locationi, vt in locatione tutricis scribit Granut.*Theorem.*8.inferens *num. 5.* ad matrem, quę ante confectionem inuētarij, & decretam administrationem, cœpit administrare bona, & locare: quia id facere non potuit, cum sint de solemnitate, quia omissa, omnia vitiantur, vt ibi per eum, subdens, quod quando contractus est ipso iure nullus, propter vtilitatē ipsius pupilli, pupillus nunquam obligatur, sed alium sibi obligat: & iure merito claudicat eius fauore, adeò, vt ei sit liberū recedere, vel stare contractui, vt
11 prosequitur *num.6.* & † saltem pupillus potest restitui in integrum aduersus factum tutoris, si sua interesset rem non esse locatam, & electio erit sua, quatenus

velit conuenire tutorem, vel eũ, qui secum cõtraxit, vt pluribus adductis comprobat idem Granut. *num.* 8. & eum sequitur in terminis nostris Carroc. *de loca. in tit. de tut. quæst. 6. num.* 4. vbi alios refert & de Communi testatur.

12 Si autem esset † tutor testamẽtarius, & appareret scriptus in testamento, sufficeret etiamsi de decreta administratione non appareret, dummodo intercessisset diutũrnitas temporis, quæ facit præsumere solemnitatem extrinsecam, dato quòd agatur de graui prçiudicio, quãdo cum tempore concurrit quasi possessio ipsius tutelæ, & quis publicè se gerat pro tali, vt per Boer. *decis.* 124. *num.* 13. & per Aim. *de antiquit. temp. par.* 3. *§. fin. nu.* 13. quos fuit sequuta Rota in Esina prædij, de anno 1585. coram Illustrissimo Pamphilio, tunc Sacræ Rotæ Auditore, in relatis per Farinac. *decis.* 201.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De proprietario, vsufructuario, vsuario, & emptore fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Proprietarius finito vsufructu nõ tenetur stare locationi, nisi vsufructus esset in re, quæ de sui natura non afferret fructum nisi in singulo quinquennio. num. 2.*

3 *Vsufructus locari potest.*

4 *Vsufructuarius locans rem tàmquàm dominus, cum esset simplex vsufructuarius, tenetur ad omne interesse, secus si locet tãquam vsufructuarius.*

5 *Vsufructuarius omnium bonorũ nõ tenetur stare locationi factæ per testatorem. Contrarium n. 6*

7 *Societas non datur inter dominum, & colonum.*

8 *Vsufructuarius dicitur constitutus procurator in re propria.*

9 *Vsufructuarius tenetur pati quod tot bona vendantur à proprietario pro satisfactione æris alieni.*

10 *Tex. in l. arbores, §. quidquid, ff. de vsufruc. declaratur.*

11 *Vsuarius tenetur stare locationi.*

12 *Emptor fructuum stare tenetur locationi.*

13 *Inter duos conductores, is præfertur, qui prius rem conductam habuit.*

1 AMplia Decimò, vt † neque proprietarius stare teneatur locationi finito vsufructu, quia vsufructuarius non habet plenam rei administrationem, ideò non extenditur locatio vltra eius vitam ad onus proprietarij, Steph. Grat. *Discept. forens. ca. 37. num. 17.* & qui non habet liberum dominium, non potest rem in alium liberè trãsferre, sed solum qualificatiuè, vt dicit Bald. *in l. fin. §. sed quia nostra, num. 7. C. com. de leg.* habet enim vsum rei, & proprietarius, qui succedit vsufructuario, succedit per æstimationem iuris, igitur nõ tenetur stare, Mastril. *decis. Siciliæ 5. sub nu. 8. vers. secundo dicebatur, & vers. tertio respondebatur.* Et in vsufructuario

G 2 est

est text. *in l. si quis domum, §. hic subiungi, ff. locati*, ubi quod morte vsufructuarij statim locatio finitur, per quem text. ità decidit Bald. *in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. nu. 35.* vbi respondet ad tex. *in l. si seruus communis, §. fin. ff. de vsufruct. & ad l. sed etsi quis, §. si operas, ff. eod.* qui contrarium innuere videntur, quòd scilicet ibi vsufructuarius non locauerat seruum, cuius vsumfructum habebat; sed ipsemet seruus se ipsum locauerat, vndè hac ratione facto ipsius serui proprietarius adstringitur ad obseruantiā locationis, cum alias nō adstringeretur; subiungit tamen Bald.
2 quod † si vsufructus esset in re, quæ de sui natura non afferret fructū nisi in singulo quinquennio, quod si interim decederet vsufructuarius, cogeretur proprietarius ad obseruationem locationis, quasi locatio sit facta de voluntate tacita ipsius proprietarij; quam declarationem sequitur etiam Alex. *in l. cum filio, §. si vir in quinquennium, sub num. 20. ff. sol. mat.* quo loci notabiliter infert, quòd si locatio esset facta per annum, cogeretur proprietarius illam obseruare, quatenus vsufructuarius infra annum decederet; eadem ratione quod de quinquennio fuit dictum, *per d. §. hic subiungi, ff. locati.* & hoc pacto etiam intelligit Card. Mant. *de tac. conuen. lib. 5. tit. 10. num. 32.* non tamen inficior quin † vsufructus possit lo-
3 cari; sed dico, quòd per mortem vsufructuarij finit vsusfructus; vnde vsufructuarius locādo trāsfert commoditatem fruēdi, sed ius vtendi non transit in conductorem, quod nō mutatur, vt benè declarat Card. Mant. *de tac. conu. lib. 5. tit. 2. num. 11. & 19.*

Illud tamen omitti nō debet, quod si vsufructuarius locauit rem tàmquàm vsufructuarius, non tenetur nisi vt remittat pensionem per suos hæredes pro eo tempore, quo conductor non potuit gaudere ipsa re locata; si
4 † verò locauit tàmquā proprietarius, & dominus decipiendo cōductorem, qui credidit illum dominum, tenetur ad omne interesse, & damna conductori, vt declarat Castr. *in §. subiungi, sub num. 4.* quem post alios sequitur Surd. in terminis *decis. 326. nu. 48.* vbi quod in dubio intelligitur vendidisse tàmquàm dominus, & nō tàmquàm vsufructuarius, & ideò tenetur ad omne interesse, secundum Bal. *in l. mater tua, num. 21. C. de rei vendic.* ad exemplum emphyteutæ qui donauit rem tàmquàm emphyteuticam, non enim priuatur emphyteusi, prout quando donauit tàmquàm propriam: quia priuatur, Cardin. Mant. *de tac.* con-

conuent.lib.21.titul. 8.*num.* ...

5 Versa vice † id,quoque dicẽdum videtur in vsufructuario omnium bonorum, quod stare non tenetur locationi factæ per testatorem,neque coloniæ; si enim de partiarijs colonis loquimur, suadet ratio, quòd nemo, cogitur stare in societate, ideò potest renuntiare, & dissoluere societatem; inquilinos verò potest depellere: quia vsufructuarius nõ dicitur adstrictus aliqua obligatione personali ad perseuerandum in locatione,eo quod nihil cum eis contraxit, prout sic arguit Bald. *in l.* 1.*C.de fruct. & lit.expens.num.*17. qui in terminis tangit istam quęstionem. Accedat etiam,quod si aliter diceremus,per indirectum adimeretur,libertas fruendi, vt considerat Angel. *in l.arbores, ff.de vsufruct. & quemadmodum quis vtat.*& pro hac parte multum stringit text.*in l.arbores,§. quidquid,ff.de vsufr.*ibi: *Sed ad exemplum venditionis, potest vsufructuarius conductorem repellere.* Neque ratio ab aliquibus contradicẽtibus, quod scilicet vsufructuarius omnium bonorum debeat obseruare locationẽ sub clypeo, quod teneatur ad æs alienum,est alicuius ponderis,cũ opinio Cõmunis sit in Contrariũ,vt testatur Surd.*dec.*28.*n.*4. & 5.& Rolan.*conf.*8.*n.*15.*vol.*2

Ceterum Bald. *in loco citato*

6 concludit † Contrarium, & mouetur: quia non intelligitur hoc ei legatum,cum nomen bonorũ habeat hunc significatum semper,deducto ęre alieno,*l. mulier bona,ff.de iure dot.* & licet Alex. *in l.si filiofamilias,§.si vir in quinquennium, ff.sol.matr.num.*14.*in fine* dicat, quod ista opinio Bal. non benè potest defendi, mihi tamen videtur quod sit multum æqua, & sustentabilis: nam tametsi vsufructuarius non repręsentet personam testatoris, *l.* 1. *§.si hæres, ff. ad Senatusc.Trebel.* cum potius dicatur administrator quam dominus,*l.*2. *in princ. ff de relig.& sumptib.funer.l.*1.*§. qui seruum,ff. ad Silan.* ita vt dicatur habere ius quodam personale debile,& citò finiturum, vt not.Scribentes *in l.*1.*§.domini,ff.ad Silan.*nihilominus durante vsufructu, consideratur vt hęres,& gaudet beneficio hęredis, Paris.*conf.*598.*numer.*5.*lib.*3.*& conf.*94.*num.*17.*vol.* 2. Mandel. *conf.*598.*nu.*5. *lib.* 3. quod prius firmauit glos.*in l.in conuentionibus, ff.de verb. signif.*in tantum, quod non exeundo terminos locationis, dicit Roman. *in conf.* 308.*num.*6. quod si quis locauit fundum, stipulando pro se, & suis hæredibus, illa stipulatio verificatur in personã vsufructuarij, cui postea vsusfructus lega-

tus

est text. *in l. si quis domum*, *§. hic subiungi, ff. locati*, ubi quod morte vsufructuarij statim locatio finitur, per quem text. ità decidit Bald. *in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. nu. 35.* vbi respondet ad tex. *in l. si seruus communis*, *§. fin. ff. de vsufruct. & ad l. sed etsi quis, §. si operas, ff. eod.* qui contrarium innuere videntur, quòd scilicet ibi vsufructuarius non locauerat seruum, cuius vsumfructum habebat; sed ipsemet seruus se ipsum locauerat, vndè hac ratione facto ipsius serui proprietarius adstringitur ad obseruantã locationis, cum aliàs nõ adstringeretur; subiungit tamen Bald.
2 quod † si vsufructus esset in re, quæ de sui natura non afferret fructũ nisi in singulo quinquennio, quod si interim decederet vsufructuarius, cogeretur proprietarius ad obseruationem locationis, quasi locatio sit facta de voluntate tacita ipsius proprietarij; quam declarationem sequitur etiam Alex. *in l. cum filio, §. si vir in quinquennium, sub num. 20. ff. sol. mat.* quo loci notabiliter infert, quòd si locatio esset facta per annum, cogeretur proprietarius illam obseruare, quatenus vsufructuarius infra annum decederet; eadem ratione quod de quinquennio fuit dictum, *per d. §. hic subiungi, ff. locati.* & hoc pacto etiam intelligit Card. Mant. *de tac. conuen. lib. 5. tit. 10. num. 32.* non tamen inficior quin † vsufructus possit lo-
3 cari; sed dico, quòd per mortem vsufructuarij finiť vsusfructus; vnde vsufructuarius locãdo trãsfert commoditatem fruẽdi, sed ius vtendi non transit in conductorem, quod nõ mutatur, vt benè declarat Card. Mant. *de tac. conu. lib. 5. tit. 2. num. 11. & 19.*

Illud tamen omitti nõ debet, quod si vsufructuarius locauit rem tàmquàm vsufructuarius, non tenetur nisi vt remittat pensionem per suos hæredes pro eo tempore, quo conductor non potuit gaudere ipsa re locata; si
4 † verò locauit tàmquã proprietarius, & dominus decipiendo cõductorem, qui credidit illum dominum, tenetur ad omne interesse, & damna conductori, vt declarat Castr. *in §. subiungi, sub num. 4.* quem post alios sequitur Surd. in terminis *decis. 326. nu. 48.* vbi quod in dubio intelligitur vendidisse tàmquàm dominus, & nõ tàmquàm vsufructuarius, & ideò tenetur ad omne interesse, secundum Bal. *in l. mater tua, num. 21. C. de rei vendic.* ad exemplum emphyteutæ qui donauit rem tàmquàm emphyteuticam, non enim priuatur emphyteusi, prout quando donauit tàmquàm propriam: quia priuatur, Cardin. Mant. *de tac.*

con-

*conuent.lib.*22.*titul.* 8.*num.* ....

5 Versa vice † id,quoque dicẽdum videtur in vsufructuario omnium bonorum, quod stare non tenetur locationi factæ per testatorem,neque coloniæ; si enim de partiarijs colonis loquimur, suadet ratio, quòd nemo, cogitur stare in societate, ideò potest renuntiare, & dissoluere societatem; inquilinos verò potest depellere: quia vsufructuarius nõ dicitur adstrictus aliqua obligatione personali ad perseuerandum in locatione,eo quod nihil cum eis contraxit, prout sic arguit Bald. *in l.* 1.*C.de fruct. & lit.expens.num.*17. qui in terminis tangit istam quęstionem. Accedat etiam,quod si aliter diceremus,per indirectum adimeretur,libertas fruendi, vt considerat Angel. *in l.arbores, ff.de vsufruct. & quemadmodum quis vtat.*& pro hac parte multum stringit text.*in l.arbores,§. quidquid,ff.de vsufr.*ibi: *Sed ad exemplum venditionis, potest vsufructuarius conductorem repellere.* Neque ratio ab aliquibus contradicẽtibus, quod scilicet vsufructuarius omnium bonorum debeat obseruare locationẽ sub clypeo, quod teneatur ad æs alienum,est alicuius ponderis,cũ opinio Cõmunis sit in Contrariũ,vt testatur Surd.*dec.*28.*n.*4. *&* 5.& Rolan.*conf.*8.*n.*15.*vol.*2

Ceterum Bald. *in loco citato*
6 concludit † Contrarium, & mouetur: quia non intelligitur hoc ei legatum,cum nomen bonorũ habeat hunc significatum semper,deducto ęre alieno,*l.mulier bona,ff.de iure dot.* & licet Alex. *in l.si filiofamilias,§.si vir in quinquennium, ff.sol.matr.num.*14.*in fine* dicat, quod ista opinio Bal. non benè potest defendi, mihi tamen videtur quod sit multum æqua, & sustentabilis: nam tametsi vsufructuarius non repręsentet personam testatoris, *l.* 1. *§.si hæres, ff. ad Senatusc.Trebel.* cum potius dicatur administrator quam dominus,*l.*2. *in princ. ff de relig.& sumptib.funer.l.*1.*§. qui seruum,ff. ad Silan.* ita vt dicatur habere ius quodam personale debile,& citò finiturum, vt not.Scribentes *in l.*1.*§.domini,ff.ad Silan.*nihilominus durante vsufructu, consideratur vt hęres,& gaudet beneficio hęredis, Paris.*conf.*598.*numer.*5.*lib.*3.*& conf.*94.*num.*17.*vol.* 2. Mandel. *conf.*598.*nu.*5.*lib.*3. quod prius firmauit glos.*in l.in conuentionibus,ff.de verb. signif.*in tantum, quod non exeundo terminos locationis, dicit Roman. *in conf.* 308.*num.*6. quod si quis locauit fundum, stipulando pro se, & suis hæredibus, illa stipulatio verificatur in personã vsufructuarij, cui postea vsusfructus legatus

tus fuit, & illum comprehēdit; & qui contrariū dicunt, debent intelligi respectu actionum, quæ tangūt ipsam proprietatem, secus in his, quæ tangunt vsumfructum; vt conciliando deducit Ang. *in l. 1. §. vsufructuarius, ff. de oper. noui nunt.* vnde sequitur, quòd sicut hæres vniuersalis tenetur stare locationi, *l. hæredi, l. ex qua persona, ff. de reg. iur. cum alijs* de quibus per Duen. *Reg.* 140. *num.* 1. *in vers. emptor,* eadē ferè ratione tenetur perseuerare vsufructuarius omnium bonorum.

Neque quidquam facit illa ratio, quod vsufructuarius possit colonnm partiarium deijcere, eo quia non cogitur stare in so-
7 cietate, siquidem non † datur societas inter dominum, & partiarium, nisi impropriè secundū Bald. *in l. certi iuris, num.* 8. *C. locati,* per text. *in l. si merces, §. vis maior, ff. locati,* ponderādo illam dictionem, *quasi*, quæ regulariter est nota improprietatis; sed potius dicitur quædam societas velata, inclusa sub contractu locationis, cum alioquin non transiret ad hæredes, *l. viam veritatis,* vbi Bald. *C. locati, §. soluitur, Instit. de societ. cum vulg.* cuius Cōtrarium est verius, vt ibi per eum; & optimis fundamentis confirmat Card. Mant. *decis.* 17. *num.* 6. *cum seq.* ideò nemini mirum videri debet, si vsufructuarius ab ea nō possit resilire, cum transeat ad hæredes actiuè, & passiuè, vt dictum est.

Minus aduersatur quod vsufructuarius non dicatur aliqua obligatione personali deinctus erga conductorem, ad tradita per Bart. *in l. quædam, §. nihil interest, ff. de edendo, n.* 2. sanè cum vt supra dictum est habeatur lo-
8 co hæredis, dicitur † cōstitutus procurator in re propria, vt per Alex. *in d. §. vsufructuarius, ff. de noui oper. nunc. num.* 19. vbi Bar. Bald. Salic. & alij, & ideò hac ratione obligatur, si non tàmquàm successor saltem tamquā bonorum possessor, vt declarat Bart. *in d. §. nihil interest, num.* 2. *ff. de edendo.*

Nec ad rem pertinet quod vsufructuarius non teneatur ad debita cō tracta per defunctum, iuxta opinionem Communem, de qua vltrà citatos testatur Borgn. *de vsufruc. num.* 211. quia etsi id verum sit, non tamen in-
9 ficiari potest, † quin teneatur pati, quod tot bona vendātur, pro ære alieno soluendo; & hoc pacto diminuat vsumfructum, & ei adimatur libertas vsusfructus in aliqua parte, vt idem Borgn. declarat, *num.* 212. & sic sustineat vsumfructum cum onere suo.

10 Ad text. verò † *in d. §. quidquid,*

quid, ff. de vsufruct. qui præsentem dubitationem decidere videtur; respondetur, illum loqui in vsufructu rei particularis; quod suadetur ex verbis eiusdẽ *§.* ibi, *ad exemplum venditionis*, quasi Iuriscõ. velit inferre, quod sicut emptor rei particularis nõ tenetur stare locationi, ita neque vsufructuarius alicuius fundi stare cogitur, æquiparando istos casus adinuicem; & quod iste text. recipiat hunc sensum, colligitur ex decis. per Capel. Tolos. 420. & ex deductis per Card. Mant. *de tac. conu. lib. 5. tit. 10. num. 6. & 7.* & magis specificè Carroc. *de loca. par. 2. tit. de vsufruc. quæst. 18. num. 7.* cuius distinctionem ego libenter amplector; quod sinè difficultate procedit, si colonus, vel inquilinus haberet bona locata hypothecata: nam posset se defenden do, excipere de actione pignoratitia contraria, vt per Bald. *in d. l. 1. C. de fruct. & lit. expens.* & quod vsufructuarius vniuersalis teneatur stare locationi, hoc idẽ in puncto firmat Peregrin. *de fideicom. art. 40. sub nu. 92.* tametsi subiungat, hoc dictum non carere contradictione.

11 De † vsuario autem non est ambigendum, quod stare teneatur locationi, cum tantũ habeat nudum vsum, vt est text. *in l. si habitatio, §. si vsus fundi, ff. de vsu, & habitat.* quem singularem ad istud propositum dicit Roman. *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, nu. 13. ff. sol. matr.* vt etiam refert Duen. *Reg. 240. in verbo, emptor, limit. 11.*

12 Emptor † verò fructuum, qui inuenit fundum iam alteri locatum à venditore, sinè dubio stare tenetur locationi; & ità de facto consuluisse dicit Alex. *in d. §. si vir in quinquennium, num. 15. ff. solut. matr.* mouetur: quia text. *in l. emptorem, C. locati*, loquitur in emptore, qui habet ius in re: at emptor fructuum, nullum ius habet in fructibus, antequàm sint à solo separati, vt probat text. *in l. cum in plures, §. messem, ff. locati.* ideò tenetur obseruare locationẽ; sed ista ratio non admodum placet Illustris. Card. Mant. *de tacit. conu. lib. 5. tit. 10. num. 33.* nam secundum eum, si eam attẽderemus, emptor quoque stare teneretur locationi, cum non dicatur habere ius in re, sed ad rem, *l. vltima, §. vltimo, ff. de contrab. empt.* & nihilominus emptor stare non tenetur, vt probat text. *d. l. emptorem, C. locati.* Vndè ratio, melior secundum eũ videtur, quod emptor fructuum, non succedit in plenũ ius: quia non consequitur dominium rei, ideò non potest expellere conductorem, iuxta veras, & approbatas Conclusiones, de

quibus

quibus *in l. in venditione, §. 1. de bon. auct. iud. possid.* fortè posset dici, quod sicut inter duos emptores inuicē contendentes prę fertur is qui fuit prior, nisi alteri res fuerit tradita, secundum
13 Bald. *in d. l. emptorem*, ità † inter duos conductores, is debet præferri, qui rem conductam prius recepit, præsertim si dicamus per traditionem non fuisse constitutum aliquod ius reale, sed tantum competere actionem personalem, ad notata *in l. operis, ff. locati.* nam vt dicit Alex. *in d. §. si vir in quinquennium, in loco citato*, isti emptores fructuū vocantur conductores, vndè prior in tempore, potior debet esse in iure, &c.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De domino directo, vassallo, & emphiteuta.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus non tenetur stare locationi factæ per emphyteutam, si res reuertatur ad dominum iure dominij, aut ex potestate feudali, etiam si habeat hypothecam.*

2 *Emphyteuta potest imponere seruitutem rei emphyteuticæ in præiudicium sui, non in præiudicium domini, & idem in feudatario.*

3 *Concessio Officij, & Potestariæ de iurisdictione rei feudalis, aut emphyteuticæ, non durat nisi quoque duret concessio, etiam quod certum tempus recipienti officium, fuisset in instrumento præfixum.*

4 *Locator nõ tenetur ad damnum, & interesse conductori recipienti rem vti emphyteuticam, vel feudalem.*

5 *Dominus directus tenetur stare locationi si ex acquisitione voluntaria rem emphyteuticam acquisiuit.*

6 *Dominus directus tenetur stare locationi quatenus locatio præcesserit culpam emphyteutæ bona fide: vide tamen quod ista declaratio est dubia.*

7 *Emphyteuta non tenetur stare locationi factæ per dominum directum.*

8 *Successor locatoris rei emphyteuticæ ità demum stare tenetur locationi quatenus emphyteusis sit hæreditaria.*

9 *Quod procedit etiam in emphyteusi, quæ est redacta ad instar allodialium, vt in Concordia Rauennæ.*

10 *Successor in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, non tenetur stare locationi.*

1 AMplia Vndecimò, vt† neque dominus directus teneatur stare locationi, aut coloniæ, si res feudalis, aut liuellaris, siuè emphyteutica reuertatur ad dominium directum iure

H domi-

dominij, aut ex potestate feudali, vt puta, quia fuit alienata sinè cōsensu domini directi, vel quia debita pensio non fuit soluta in tempore, tunc quia vtile dominium consolidatur, *l. 2. & 3. C. de iure emphyt.* sequitũ quod possit expellere conductorem, & colonum, etiam si haberent hypothecam, quæ per caducitatem fuit resoluta, *c. Imperialem, §. præterea, de probib. feudi alien.* & per consequens, dicitur etiam resolutum omne ius eorum, qui causam habent à vasallo emphyteuta, & liuellario, *l. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. cap. 1. §. rursus, de contr. inuest.* vt tenuit Alex. *in l. si filiosfamilias, §. si vir in quinquennium, nu. 18. ff. sol. matrim.* tametsi Specul. dubitauerit, vt refert Alex. non enim potuit res feudalis, & emphyteutica pignorari, vel hypothecari in præiudicium domini, sicut neque potuit in ea onus aliquod seruitutis imponi, cum sit species alienationis, *l. fin. C. de*
2 *reb. Eccles. non alien.* & † licet possit auctoritate legis vasallus, & emphyteuta pignorare, & hypothecare feudum, & rẽ emphyteuticam, immò quamlibet seruitutem imponere, id tamen procedit in sui præiudiciũ tantum, non autem in præiudicium domini, ità, vt reuerso fundo ad dominum, omnis seruitus dicitur resoluta, vt decidit pluribus rationibus, & auctoritatibus Osasc. *decis. 156.* vbi dicit Senatũ iussisse, quod dominus directus non teneretur stare locationi, vbi exemplificat, dato etiam quod conductor haberet hypothecam omnium bonorũ pro damnis, & interesse, ità, vt neque etiam possit vti retentione, quæ solet esse fauorabilior, vt per Osasc. *ibi*, & benè Card. Mant. *de tacit. conu. lib. 5. tit. 10. sub num. 31. vers. sed aduertendũ.*
3 ideò † concessio Officij, & Potestariæ de iurisdictione rei feudalis non durat nisi quousque feudum fuerit apertum, vel emphyteusis fuerit deuoluta, etiam quod certum tempus fuisset in instrumento locationis pręfixũ: quia nihilominus subintelligitur illa conditio, rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, & sic durante feudo, & emphyteusi, quę Clausula habet etiam locum in contractibus, & dispositionibus iuratis, vt per Card. Seraph. *decis. 211. num. 2. & 3.* & in puncto domini directi, & feudatarij, Borgn. *decis. 25. par. 2. num. 9.*

4 Et hoc adeò verũ est, vt † neque locator teneatur ad aliquod damnum, & interesse, si vti feudalem, aut emphyteuticam, vel liuellariam locauit, postquam ex natura rei finitur locatio, & con-

conductio, vt in terminis nostris scribit Borgn. *decis.* 25. *nu.* 8. *par.* 2. Hac quoque ratione videmus cessare pactū euictionis, vbi res euincitur ex natura rei, vt in emphyteusi nominatim scribit Card. Seraph. *dec.* 1480. *nu.* 4. nisi euictio fuisset promissa in specie, vt per eundē Card. Seraph. *decis.* 723. *nu.* 7. *& decis.* 785. *num.* 8. saltem, vt detur repetitio pretij loco interesse, *l. fin.* §. *emptor, C. communi de leg.* in dubio tamen res præsumitur concessa libera ex sui natura, *l. altius, C. de seruit. & aqua.*

Declara tamen supra firmatam ampliationem, vt non pro-
5 cedat † si feudū, vel res emphyteutica reuertatur ad dominū, non iure dominij, & potestate feudali, sed ex alia volūtaria acquisitione, vt ex donatione, legato, venditione, aut alio titulo singulari, vel renūtiatione, quibus in casibus tenetur procul dubio dominus directus stare locationi, vt post Bald. & Alex. deducit Car. Mant. *de tac. conu. d. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 31. *& in verf. diuersum est;* & ità pro hac declaratione fuisse terminatū in Camera Consilij testatur Guido Papa *decis.* 525. & optimis argumentis hanc eādem declarationem tenet Osasc. *in d. decis.* 156. *sub num.* 9. *&* 14. Subdens, quod in hoc etiam casu, quia dominus vtitur iure priuati, tenetur ad omnia onera, sicut quilibet priuatus, & benè, Surd. *decis.* 102. *num.* 14. *&* 15. & magis in terminis *decis.* 286. *num.* 4.

Declara secundo loco, vt nō
6 procedat, † si culpa cōmissa ab ipso vasallo non præcessit locationē: sed si versa vice præcessit locatio bona fide, & postea sequatur culpa, dominus directus teneretur stare locationi, vt cōsuluit Purpurat. *cons.* 429. *num.* 6. quē pro ista declaratione adducit Cardin. Mant. *d. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 30. nè alioquin sit in facultate vasalli, aut emphyteutę quod locatio subuertatur in prę iudicium cōductoris, quod quidem ferendum non est; redditur tamen dubitabilis ista declaratio ex his quæ scribit Surd. *in d. decis.* 102. *sub nu.* 14. per doctrinam Bart. *in l. in diem, num.* 2. *ff. de aqua pluu. arcen.* vbi determinat, quod ob defectum emphyteutæ non soluentis, priuatur emphyteuta etiam in præiudicium creditoris, dato quod eam rem habeat obligatam: quia etsì totum pendeat à sua voluntate, tamen non est principaliter ad hoc ordinata, proindè præiudicat, quod etiam placuit Bald. *in l.* 2. *num.* 17. *C. de rescind. vendit.* quo loci dicit, eam esse rationē: quia res dicitur affecta onere legali, vndè non potuit ob id red-

dere conditionem domini deteriorem, maximè quando caducitas habet ortum ex causa de præterito, quæ originem habuit antequam res locaretur, aut obligaretur, vndè iure merito trāsit cum sua causa. Et illam distinctionem suprà allatam, an factum volūtarium sit ordinatum ad priuationem, vel non, dicit Communem ibi Surd. *num.* 14. vbi *nu.* 17. ob id sequēdo Osasc. *in allegata decis.* 156. decidit, dominum directum non teneri stare colono, quando dominus capit feudum iure feudali, aut prælationis; & allegat Corbul. *de emphyt. tit. de caus. priuat. ob non sol. canon. ampliat.* 34. *num.* 3. qui & ipse residet cum declaratione aliorum; vide tamē eundem Surd. declarantem prædicta nō procedere, quatenus appareret emphyteutam id fecisse in fraudem creditorum, vt *ibi* per eū, *num.* 17. *circa finem*, cum alijs ab eo adductis.

7 Versa autē vice † neque emphyteuta tenebitur stare locationi factæ per dominum directum, quatenus locauit rem, ante quam rem emphyteuticam alij concederet, Guttier. *Canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 4. & hoc procedit in emphyteusi priuata, secùs in emphyteusi Ecclesiastica, aut fisci: nam tunc emphyteuta stare tenetur, per doctrinam Bart. *in l. cognouimus, C. de mancip. & colon. patrim. lib.* 11. quam sequuntur Rom. *Sing.* 62. & Corset. *in vers. emphyteusis incipit Ecclesia.*

Vbi verò (citra deuolutio-
8 nē) res † emphyteutica fuerit locata ab emphyteuta, ità demū successor locatoris stare tenetur locationi, quatenus emphyteusis sit hæreditaria: quia hæres in hoc non potest impugnare iudicium defuncti, etiā repudiando hæreditatem, & retinendo emphyteusim, vt per Cardin. Mant. *de tac. conu. lib.* 22. *tit.* 17. *num. vltimo*, requiritur enim cōcursus vtriusq; qualitatis, quod sit filius, & hæres, quidquid Cōtrarium dixerit Bart. cuius opinio Communiter damnatur, vt tenuit Rota Rom. in Ceruiensi bonorum, coram bon: mem: Card. Seraph. *decis.* 604. *num.* 5.

Quod ego etiam procedere
9 existimo, si † ex forma Statuti, vel Consuetudinis, vel Concordiæ, prout in Patria mea, bona emphyteutica essent redacta ad instar allodialium, ità vt quilibet in inuestitura comprehēsus, possit de illa disponere, vt per Ripam *in l. in quartam, nu.* 182. *ff. ad leg. Falcid.* per Guid. Papā, *quæst.* 59. *num.* 2. Grammat. *dec.* 103. *num.* 125. *cum seq.* & nouiss. Peregr. *de fideicom. ar.* 6. *num.* 30. *& art.* 32. *nu.* 53. *& art.* 36. *n.* 18. *versic.*

versic. sin autem. nam subintrat Conclusio, de qua Bart. *in l. si filiosfamilias, §. si vir in quinquennium, sub num.* 1. quod quando quis succedit ei, qui habet plenam administrationem nomine suo, cogitur stare locationi, vt per Steph. Grat. *Discept. forens. par.* 1. *cap.* 37. *num.* 13.

10 Quatenus autem † emphyteusis non esset hæreditaria, successor non teneretur stare locationi, obstante Regula: Resoluto iure emphyteutæ omne ius dicitur resolutum, quod tamdiu durat, quamdiù permanet emphyteusis, ad not. per Bald. *in l. lex vectigali, num.* 1. *ff. de pignor.* Corbol. *de emphyt. tit. de caus. priuat. ob alien. limit.* 33. *nu.* 4. & 5. Surd. *decis.* 102. *num.* 12. *vers.* & *quod dicitur,* & *decis.* 286. *num.* 9. *vers. secundo facit.* Et cum sit tantum vtilis dominus, successor post eum non tenetur stare locationi, vt per Osasc. *decis.* 156.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De successore in Canonicatu, aut in Præbenda.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in Præbenda, Canonicatu, aut in simplici Beneficio, non tenetur stare locationi sui prædecessoris, siuè locatio sit facta ad modicum tempus, siuè non.*

2 *Vsufructus Præbendæ, & Beneficio transferri non potest in alium.*

3 *Vsufructus alteri cedi non potest, nisi accedente consensu proprietarij.*

4 *In Beneficialibus non datur successió hæreditaria.*

5 *Maritus nedum dicitur legitimus administrator rei dotalis, verum etiam legitimus administrator vxoris.*

6 *Præbendarius nullam dicitur habere administrationem Præbendæ, licet agat, vt defendat.*

7 *Locationi stare tenetur successor in Præbenda, quatenus intercedant solemnitates.*

8 *Ecclesia, quæ remansit læsa in locatione facta, seruatis seruandis habet restitutionem in integrum, vbi qualiter dicatur læsa.*

9 *Iustum pretium dicitur quod communiter inueniri potest.*

1 AMplia Duodecimò, vt neque † succedens in Præbenda, Canonicatu, vel in simplici Beneficio teneatur stare locationi sui prædecessoris, siuè locatio sit facta ad modicum tempus, siuè ad non modicum tempus; quia tales sic succedentes non habent administrationem, ideò non possunt obligare successorem vltrà tempus vitę suę, vt in Cànonico, & simplici Præbēdario in terminis scribit Abb. *in cap. finali, ne prælati vices suas, sub nu.* 5. *&* 6. tales namque ius dominij non habent, cum illis detur Præbenda, vt indè viuāt, veluti declarat Abb. *ibi.* Præterea isti in vita æquiparātur vsufructuario, & in morte vsuario, quid-

quidquid contrarium dixerint Mant. & Decian. quorum opinio refellitur, vt post Peregrin. *de fideicommiß.ar.40.nu.103.*de veriori opinione testatur Steph. Grat.*Discept. forens. par. 1. cap. 37.num.17. & 18.* qui loquitur in simplici Præbendario, atqui vsusfructus morte finitur, *§. finitur, Instit. de vsufruct.* ideo &c. quod obseruat Rota *decis. 1. de*
2 *locat. in nouiß. in fine.* si † enim vsusfructus Præbendæ, & Beneficij posset transferri, constitueretur nouus vsufructuarius in personam conductoris, vel alterius, cui cessio fuit facta, quod de iure nō est permissum, vt per Bart. *in l. si vsusfructus, ff. de nouat.* iure meritò non egreditur mortē ipsius Præbēdarij. Hinc benè infert Bar. *in d. l. si vsusfru-*
3 *ctus*, quod † vsusfructus alteri cedi non potest, nisi accedat voluntas proprietarij; faciunt notata *in cap. præsenti, de off. ordin. lib. 6. & in cap. vltimo, de pecul. cler.* idque videmus in locatione facta ab vsufructuario, quæ non obligat successorem, *l. si quis domum, ff. locati.*

4 Licet enim in † beneficialibus detur quædam successio impropria, non tamen est successio hæreditaria, ex quo succedens non succedit in locum, & in titulum primi, sed nouus titulus infunditur, *cap. ad decorem, de iure patron. cum alijs adductis in allegata decis. Dominorum de Rota in nouiß. de loc. decis. 1. ad finem.* Vndè sequitur, quod cum iste nō sit successor vniuersalis, præsertim si prædecessor nomine suo locauit, non obligētur ad cōtractū sui prædecessoris, *l. quædam, §. is autem, ff. de eden.* & propterea firma remanet Conclusio, quod omnes fructus Canonicatus debeāt in posterum spectare ad Præbendarium, ità, vt etiam de illis possit testari, ut in simplici Canonico, & Præbendario benè loquitur Car. Mant. *de tac. conu. lib. 5. tit. 12. num. 12.* ubi quod fructus non sequuntur Præbendam, sed Præbendariū, sanè, ut idem Card. scribit *in loco citato, num. 18.* Præbenda ipsa accedit Canonicatui, qui Canonicatus morte finitur, & sic extincto, & defuncto auctore, omne ius resoluitur pro tempore futuro, ut dicū t Bald. & Anchar. quos ipse adducit in hanc sententiam; & in successore Canonicatus, quod non teneatur stare locationi sui prædecessoris, tenent multi, de quibus per Addentes ad Abbat. *in d. cap. fin. ne Prælati vic. suas, sub nu. 6. in verbo non potest, in lit. B.*

Et tametsì uxor teneatur stare locationi factæ à marito, vt probatur *in l. cum filio, § si vir in quinquennium, ff. sol. matr.* & di-

ctum fuit *ampliat. sexta*, cum tamen per mortem mariti videatur extinctum ius statim dissoluto matrimonio; nihilominus in hoc casu ratio diuersa suadet
5 Contrarium: † quia maritus nedum habet administrationē fundi dotalis, verum etiam dicitur legitimus administrator ipsius vxoris, præsertim in rebus dotalibus, *l. maritus, C. de procurat.* Hond. *cons. 66. vol. 1. num. 87.* & quamuis *sub num.* 88. dicat maritum alienando, vel aliter abutendo re dotali, non possit vxori præiudicare, non tamen prohibetur locare ad modicum tempus, cum talis locatio non dicatur alienatio: quæ ratio cessat in
6 Præbendario, † qui nullam habet administrationem, vt dictū est, saltem respectu ipsius Præbendæ, vt benè considerat Abbas *in d. c. fin. ne Prælati vic. suas, sub nu. 8. in fine.* quod etiam aduertit Couar. *Variar. resol. cap. 15. lib. 2. sub num. 6. vers. nec obstat*, licet Præbēdarius pro Præbenda agat, & defendat, *cap. 2. de proc. c. ex litteris, de probat.*
7 Si tamen intercederet † solēnitas necessaria in huiusmodi locationibus, vel superioris auctoritas, non esset dubitandū quin successor teneretur stare huiusmodi locationi: quia hoc casu intelligitur facta ab habente auctoritatem, & legitimam administrationem, & cessant omnes rationes in contrarium ponderatæ, vt declarat Cardin. Mant. *in cit. tit. 12. lib. 5. nu. 22. vers. quod*
8 *sanè intelligitur.* Verum si † Ecclesia esset læsa in tali cōtractu, ei non esset deneganda restitutio in integrum, *ad not. in cap. 1. de restit. in integr.* & benè deducit Abb. *in d. cap. fin. ne Prælati vic. suas, num. 5. in fine.* Bart. *cons. 63. num. 3.* & Bald. *in l. si filiofamilias, §. si vir, in fine, ff. sol. matr. & in l. emptorem, C. locati, nu. 6.* & tunc diceretur læsa, si locatio potuisset fieri pro maiori pretio, vel Prælatus reperijsset maiorem oblatorem, Abb. *in c. ad aures, num. 4. in vlt. not. de reb. Eccles. non alien.* cum quo transit etiam Imola *num. 1.* Rip. *in l. 1. num. 13. ff. de priuil. credit.* & Rota Rom. *in nouiss. diuers. decis.*
9 *360. n. 4. 5. & 6. par. 1.* Illud † autem diceretur iustum pretium, ad effectum præsentis inspectionis, quod communiter inueniri potest, ad not. *in l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid.* Pinel. *de rescind. vend. par. 3. cap. vltimo, num. 17. & 18.* & Couar. *Var. resol. lib. 2. cap. 3. num. 4.* & in simili firmauit Rota, in Rauennat. Pineti, 23. Martij 1607. coram R.P.D. Pamphilio, in manuscript.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De ſucceſſore Commendatarij.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor Commendatarij non tenetur ſtare locationi.*

2 *Commendæ ad vitam non conceduntur immediatè pro neceſſitate Eccleſiæ, ſed ad ſuſtentationem vitæ.*

3 *Commendatarius rectius appellatur procurator & adminiſtrator, quàm Commendatarius.*

4 *Commendatarius poteſt locare Commendam durante eius vita.*

5 *Commēdatarij perpetui, hodiernis temporibus Prælati nuncupantur, & differunt à Commendatarijs temporalibus.*

6 *Commendatarij perpetui, diſponunt de fructibus ſicut veri titulares.*

7 *Prælati ſucceſſor tenetur ſtare locationi, quæ fuit facta ſeruatis ſeruandis, & idem in ſucceſſore Commendæ.*

8 *Vſufructuarius habet tātum adminiſtrationem reſpectu vſuſfructus, ſed non reſpectu rei, ideò differt à Commendatario.*

9 *Commendatarius ità demum habet liberam fructuum adminiſtrationem, quatenus ſeruet de iure ſeruanda in alienatione.*

AMplia Decimotertiò in
1 † ſucceſſore Commendatarij, qui nec ipſe ſtare tenetur locationi: nam Commendatarius ad vitam, quamdiu beneficium obtinuerit, nō dicitur perpetuus Commendatarius, ſed temporalis, vt per Caſſiad. *de priuil. deciſ. 5. numer. 15. cum ſeq.* Vndè cum non habeat aliquod ius, neque titulum beneficij, dicitur merus cuſtos: quia non habet adminiſtrationem, *c. nemo deinceps, de elect. lib. 6.* ideò conſequens eſt, quod non teneatur ſtare locationi, cum non potuerit obligare ſucceſſorem, vt per gloſ. *in cap. vltimo, ne Prælati vic. ſuas*, quam ſequuntur adducti per Cardin. Mant. *de tac. conuen. lib. 5. tit. 14. nu. 8.* ſubdens, quod in hoc conſenſus Capituli non

I refra-

refragatur: quia fructus ad Capitulum non pertinent, nisi quantum necessitas expostulat. Com
2 mendæ † enim similes conceduntur non immediatè pro necessitate Ecclesiæ, *iuxta d. cap. nemo deinceps, de elect. lib. 6.* sed ad sustentationem vitæ, & pro manutentione dignitatis, quibus expensis detractis, Commendatarius non habet vlteriorem facultatē nisi durante vita sua, & iuremerito non obligat successorem, vt ibi per eum; immò dicitur potius Custodia, quam Commen-
3 da, & † Cōmendatarius rectius appellatur procurator, & administrator, quam Commendatarius, vt dicit glossa magna, *in d. cap. nemo deinceps*, eo quod nullū ius dicitur habere in fructibus, & in Ecclesia, nisi dumtaxat vt sibiipsi prouideat, & familiæ, & fructus colligat, argumento eorum quæ not. *in cap. obitum, 61. distinct.*

4 Quapropter, qui dicūt † Cōmēdatarium posse locare Commendam, & fructus Commendæ debent intelligi dum vixerit & durante eius vita, non secùs ac in vsufructuario, qui finito vsufructu per mortem, definit ius habere in vsufructu, ad text. *in l. si quis domum, §. hic subiūge, ff. locati.*

Hęc autem procedunt in Cōmendatarijs temporalibus, qui non sunt verè Prælati, sed meri custodes, vt dixi, Alex. *cons. 96. num. 2. lib. 4.* Socin. *cons. 32. num. 17. lib. 1.* Felin. *in c. cum olim, nu. 6. de maior. & obedien.* Bertrand. *cons. 235. num. 2. lib. 3. in antiqua impressione*, & Gomez. *in §. fuerat, post num. 7. Instit. de act.* at
5 † in perpetuis Commēdatarijs, quales sunt ferè omnes hodiernis tēporibus, vt aduertit Mandos. ad Roman. *cons. 350. lit. B.* qui verè Prælati appellantur, cum huiusmodi Cōmendę concedantur ad priuatam vtilitatē, loco titulorum habentur, vt dicit Alciat. *in l. pactum curatoris, C. de pact. col. 8. versic. sed an id.* Si quidem Commendatarij dicuntur habere certum titulum in Ecclesia commēdata, tametsi non sit tàm firmus sicut beneficij collati, tum, vt per Felin. *in d. cap. cum olim, num. 6. vers. quia licet.* & saltem Commenda perpetua, largo modo dicitur titulus Canonicus, sicut alia beneficia, & secundum quid, vt per Sarnens. *in Reg. de triēnali, quæst. 5.* & per Cassiad. *d. decis. 5. de pri-*
6 *uil. num. 9.* proindè † faciunt isti Commendatarij fructus suos, & de eis disponunt, quemadmodū titulares disponere possunt, & sic dicuntur habere plenam administrationē in suis Commendis, sicut habent cæteri Prælati in eorum Ecclesijs, vt per Card.

Mantic.

Mantic. *vbi supra cit. numer.* 10.

7 Quo fit, vt sicut † Prælati seruatis de iure seruandis, & concurrentib[us] requisitis, scilicet vtilitate Ecclesiæ, quod sub nomine dignitatis locent bona suę Ecclesiæ, & ad modicum tempus, possint bona, & prædia locare ità, vt successor istis locationibus remaneat obligatus, vt diximus alibi; hac eadem ratione successores in Commenda, remanent obligati, vt benè deducit Card. Mant. *cit. num. vltimo, vers. at Commendatarius.*

Æquiparatio verò quæ fit de vsufructuario ad tales Commēdatores, non est bona: quia vsufructuarius non habet administationem respectu iuris dominij, iuxta distinctionem Bart. *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, num.* 1. *ver. aut succes-*

8 *sor, ff. sol. matr.* si quidem † habet plenam dumtaxat administrationem respectu vsusfructus, sed non respectu rei, vt considerat Abb. *in c. fin. ne Prælati vic. suas, num.* 8. *vers. si verò Clericus*, vbi de marito exemplum adducit, qui locauit fundum dotalem, habet enim maritus administrationem secundum eum, nedum rerum dotalium, verum etiam ipsius vxoris; proindè successor stare tenetur, nō sic vsufructuarius: Commendatarius verò habet administrationē Commendæ, & fructuum, vt dictum est; proinde successor tenetur stare, si contractus ritè factus sit, vt dixi; & aduertit Abb. *in d. cap. fin. in fine, num.* 8. alioquin si deficerent requisita in huiusmodi locationibus fieri solita, proculdubio non esset agendum, an successor in Commenda teneretur stare locationi: quia quod dici-

9 tur † Commendatarium habere ex facultate attributa à Romano Pōtifice liberam fructuū administrationem, & dominiū, vt per Abb. *in cap. de Monachis, nu.* 3. *de præbend.* intelligi debet, dummodo in alienatione seruet ea, quæ de iure sunt necessaria, cum aliter istis Commēdatarijs plus tribueretur, quàm verè titularibus, cuius tamen contrarium verius est, cum ex deductis suprà appareat, Commendatarios quidem habere titulum in Commenda, sed non ità firmatum, vt habet titularis, sed largo modo, & secūdum quid, &c.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De successore Episcopi, Plebani, & Curati.

SVMMARIVM.

1 *Successor in Episcopatu, & Cura, non tenetur stare locationi.*
2 *Prælatus nullam habere dicitur administrationem circa futura, sed tantum circa ea, quæ de præsenti competunt.*
3 *Locatio per mortem Prælati ipso iure exstinguitur.*
4 *Prælatus potest ad modicum tempus locare, durãte eius vita, sed vltra non potest, etiam respectu primi anni, quod intellige, vt hic.*
5 *Successor non tenetur stare, nec etiam locationi triennali.*
6 *Prælatus potest ad modicum tempus locare quatenus locet nomine suæ Ecclesiæ, cum debitis requisitis.*
7 *Successor non tenetur stare locationi, quando locatio vitio nullitatis laborat.*
8 *Prælatus tenetur stare locationi, duobus concurrentibus.*
9 *Locatio quo modo dicatur facta sub nomine dignitatis.*
10 *Vtilitas Ecclesiæ non præsumitur, sed illa probari debet, & in quibus casibus non sit necessaria eius probatio, ibi vide.*

AMplia Decimoquartò Cõclusionem text. nostri, vt
1 † habeat locũ in successore Episcopatus, in Plebano, & Curato, qui etsi habeant administrationem, vt dicit Abb. *in c. fin. ne Prælati vices suas, sub nu. 6. vers. si verò sit clericus*, post tamẽ mortẽ eorum cessat administratio, *c. fin. 12. quæst. 1. cap. 2. de donat.* ità, vt suis successoribus nõ possint præiudicare, cum non iure successionis, sed nouæ electionis, noui tituli, ac nouæ dignitatis ad tales ascendant dignitates, vt dicunt Aluar. Afflict. & alij, *in c. 1. qui succed. tene.* ideò non tenẽtur stare locationi, sed morte locantis finitur, glos. quæ Communiter recipitur, *in cap. vlt. ne Prælati vic. suas*, & Abb.

sub

sub num.6.in fine, subdens, quòd si aliquid perceptū sit post mortē prædecessoris, hæredes eius, aut conductor, tenentur restitue re, sanè administratio eorum quatenus attingit futura, dici-
2 tur cessare, cum † Prælatus disponat tantum circa ea, quæ ei simpliciter de præsenti competunt, at circa futura non potest suam vltra conferre administrationem etiam si in spe competat, nisi sit redacta ad actum obligandi successorem, & nisi quatenus casus euenerit eo viuo, nam etsi videatur quodammodo disponere de re præsenti, *ad l.spem, C. de donat.* tamen huiusmodi ius quod est in spe, non dicitur in bonis nostris, neque dispositio potest effectum sortiri, si casus eueniat post mortem, vt scribit Gabr. *cons.* 83. *lib.* 1. *n.*
3 46. *cum seq.* † quandoquidem locatio per mortem Prælati ipso iure exstinguitur, nil mirum si successor non remanet obligatus, ex allegatis per Surd. *decis.* 52. *num.* 8. facit text. *in cap. fin. de rescript. in 6. & in c. significaui, de cens.* per quæ iura ità in terminis fuit tentum in Rota, *vt in nouiss. decis.* 1. *de locat. & cond. num.* 2. & licèt honestum sit, & decens, quod successor prosequatur actus fauorabiliter, quos nouit suo prędecessori fideliter paruisse, 12. *quæst.* 2. *cap. hæc ius placiti,* cum maximè Ecclesia non debeat in suis cōtractibus aliquam adhibere fraudem, *c. per tuas, de donat.* id tamen intelligitur quatenus actus sint liciti, *vt in cap. fin. de pact. in* 6. Quòd autem Prælatus teneatur stare locationi factæ pro commodo proprio ipsius Prælati, & vltrà suam vitam, non videtur licitum ex infra dicendis, meritò nō obligat successorem: si enim prædecessor posset obligare successorē, obligatio personalis transiret in illum, quod verum nō est, vt per Puteum, *decis.* 181. *lib.* 1. meritò facta per prædecessorem non tenent in præiudicium Ecclesiæ, & successoris, vt nouissimè per R. D. Bellettum, *in suis Disquisitio. clerical. tit. de clerico debit. §.* 4. *num.* 2. vbi in sequentibus numeris optimè hanc materiam illustrat.

4 Non tamē ignoro, quod † Prę latus potest ad modicum tempus locare, verum cum ille non habeat ius in fructibus, nisi durante vita sua, non potest vltra transcedere, & hoc pacto suo successori præiudicari: & quod magis est, illud procedit etiam respectu primi anni quo decessit, vt in successore Episcopi fuit dictum in illa Auximana locationis coram bo: mem: Orano, 14. Ianuarij 1590. quam habetis infrà, nam quando Prælatus

tus locat bona Ecclesiæ nomine proprio, ità, vt fructus pertineát ad ipsum Prælatum, & non ad Ecclesiam, successor ex eo contractu non obligatur, vt apud Card. Mantic. *decis.* 186. *num.* 1. *cum sequ.* nec etiam pro primo anno, *vt ibi, sub num. 3. vers. vndè,* nisi fructus essent pendentes, & de proximo recolligendi, vel terræ iam satæ, & cultæ, ratione laborum, & expensarum, quo casu teneretur stare pro illo anno, vt habetur *in d. decis. Auximana, num. vlt.* & declarat Reuerēdissimus Dominus Bellettus, Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini mei Card. Aldobrandini Vicarius meritissimus *in loco citato, num.* 13.

5 Et † multo magis non teneretur stare locationi triennali, quamuis similes locationes sint permissæ per Extrauag. Ambitiosè, de reb. Eccle. non alienan. Bald. *in l. defuncta, ff. de vsufruct.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 5. *Rubr. an & quando ex alienat. §. sinè capite.* Natta *cons.* 517. & Reuerendissimus Bellettus *vbi sup. cit. num.* 5.

Quo fit, vt ex prædictis intel-
6 ligamus † Prælatum posse ad modicum tempus locare, quatenus faciat nomine suæ Ecclesiæ, cum alijs requisitis, de quibus infrà, non autem si nomine proprio locet, & sic intelliguntur superius dicta; quod successor in Prælatura stare non tenetur locationi, Guttier. *Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 4. Card. Mant. qui præ ceteris hanc quæstionem pertractat, *de tac. conu. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 12. *& num.* 26. *vers. amplius dico,* & colligitur ex Mohed. *decis.* 12. *de locat. in fine.* & quamuis modicum tempus pluribus modis à Doctoribus consideretur, in facti specie, sat est, modicum tempus intelligi iuxta subiectam materiam, & sic per spacium triennij, & nō vltrà, cum sic reperiatur definitum à iure Pontificio, per d. Extrauagant. Ambitiosè, vt idē Card. Mant. subiungit *num.* 28. *in fine,* & Mohed. *in d. decis.* 12. *num.* 2. 3. *&* 4.

Propterea cauendum est ab Angelo, quē fuit sequutus Decian. *cons.* 14 *lib.* 2. in eo quod ausus est dicere, locationem factā ad nouennium, transiret ad successorem absque consensu Capituli, & alijs requisitis inconsulto Romano Pontifice, Ang. enim loquitur de priscis temporibus, antequā fuisset d. Extrauagans compilata, vt aduertit Card. Mant. *vbi supra, num.* 30. sed Decian. vir alioquin acutissimus, ad id non aduertit, proin-
7 dè † nō est agendum an successor teneatur stare locationi, vbi locatio aliquo vitio nullitatis laborat,

borat, non enim tunc reuocatur in dubium, quod successor non teneatur stare locationi Cardin. Mant. *num. 3. & num. 31.* & Moderni Rom. *de Saluiano interdic. Inspect. 4. cap. 1. num. 38.*

8 Prælatus † autem stare tenetur locationi quatenus duo copulatiuè concurrant, nempè, vtilitas Ecclesiæ, & quod contractus fuerit celebratus sub nomine dignitatis, Rota *in nouiss. cit. de locat. decis. 1. in princ. ver. si vero*, Gabr. *in d. cons. 83. nu. 52. cum sequ. lib. 1. vbi de Communi*, & optimè Card. Mant. *pluries cit. num. 16.* & nouissimè tenuit Rota in Romana Palatij corã R. P. D. Pãphilio, 15. Martij 1604. in relatis per Farin. *decis. 70. nu.*

9 *4. par. 1. tomo 1.* vbi quod † dicitur facta sub nomine dignitatis, quatenus fuerit stipulatum sub ipsomet nomine dignitatis, cũ stipulatione pro se dum vixerit, & post obitum pro suo successore pro tempore existẽte, secùs si fuisset dumtaxat stipulatum nomine successoris, non facta mentione dignitatis, vt voluerunt Domini in dicta Auximana locationis, *antè num. 4.* quod etiam videtur de mente Gabr. *in d. cons. 83. sub num. 53.* cessat enim tunc ratio quare Prælatus non teneatur stare locationi, eo quod concernit commodum, & vtilitatem ipsius Ecclesiæ, non autem commodum ipsius Prælati, qui solum in hac parte fungitur vice administratoris pro sua Ecclesia, quæ nunquam moritur, vt per Steph. Grat. *decis. 99. num. 14. & infrà*, subdentem hæc tanto magis habere locum, si probetur vtilitas Ecclesiæ, quo casu conductor non potest expelli secundum opinionem Communem, vt per eum, *num. 17.* & contractus dicitur realis, qua vtilitate cessante, potius iudicatur personalis, quia defecit vtilitas, ergò non obligat successorem, vt per Gabr. *in d. cons. 83. num. 53.* & per Card. Mant. *nu. 14.* si enim deficeret vtilitas, ista distinctio seruiret de vento, & Lex esset potius imposita verbis, quàm rebus, quòd esse non debet.

10 Vtilitas † autem non præsumeretur, sed illam conductor probare teneretur, deficiente auctoritate superioris, quatenus locatio excederet spatium triennij: nam de locatione facta intra dictum tempus, valere etiam ad obligandum successorem multi tenuerunt, retentis semper terminis, quod sit facta nomine Ecclesiæ, vt aduertit Card. Mant. *num. 7. cum seq.* in dubio autem, potius præsumitur contractus personalis, & non realis, iuxta opinionem Rotæ, *in nouiss. cit. de locat. decis. 1. sub num. 1.* & benè

nè Card. Mant. *num.* 21. non tamen secundum Mant. *sub num.* 10. & 11. in omnibus casibus est necessarium probare versionem in vtilitatem, præterquam in mutuo, & in venditione, propter æs alienum, præsertim si auctoritas Superioris intercesserit, dato quod deficiat vtilitas, namque propter auctoritatem Superioris contractus est transmissibilis ad successorem, cum alias non transiret, sed ecclesia habet restitutionem in integrū, si vult, vt idem Cardinalis explicat, *num.* 21. Cetera vide ibi per eum, qui nil omittit, ne aliena transplantare videar.

DECISIO.

Auximana locationis, die Mercurij 14. *Ian.* 1590.

Coram R. P. D. Orano.

Cornelius Episcopus Auximanus locauerat ad triennium pro se, & suis successoribus in Episcopatu quasdā terras cuidā Feltresco Constātini. Primo autem locationis anno, ipso vita functo, modernus Episcopus declarauit haud suæ intētionis fore, stare prędecessoris locationi; cuius occasione impetrato ab Auditore Cameræ Monitorio, iudicialiter obtinuit declarari, successorem nō esse obligatum stare sui prædecessoris contractui, & in cōsequentiam, seù ad obseruantiam locationis prædictæ non arctari.

Causa postmodum appellationis coram me introducta, dubitaui.

An locus esset confirmationi prædictæ sententiæ, Domini altera parte pluries interpellata, informare recusante, concluserunt sententiam fore confirmādam.

Nam licèt Doct. circa locationem ad modicum tempus factam per prædecessorem, variè fuerint locuti, tamen Communis, & vera est Conclusio distinguens,

Aut à Prælato Ecclesiæ administrationem habente, nomine Ecclesiæ, vel pro eius vtilitate facta fuerit locatio; vel potius nomine proprio, vt scilicet fructus ad sui commodum conuerterentur.

Primo enim casu ad locationis prædecessoris obseruantiam obligatur.

Secundo verò minus, vt post glos. benè distinguūt Butr. Abb. & alij, *in cap. fin. nè Prælati vices suas*, Alex. *conf.* 160. *numer.* 4. & *sequ. lib.* 6. Couar. Variar. resol. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. *circa fin. cum alijs allegatis.* Et ratio est: quia Prælatus vsufructuario comparatur;

ratur; & ideò licèt possit locare ad modicum tempus Episcopus, tamen cum ius non habeat in fructibus, nisi vita sua durante, non potest per huiusmodi locationem successori pręiudicare, *l. si quis demum, ff. locati*, Rota *decis.* 1. *de loca. in nouiss.* Bal. *cons.* 255. *lib.* 1. Socin. *cons.* 34. *num.* 4. *lib.* 3.

In casu autem proposito, locatio facta fuit per Pręlatum nomine proprio, vt scilicet fructus suos faceret, non autem nomine Ecclesiæ: vnde, non est curandum, quod successorem obligauerit, quia non propterea nomine Ecclesiæ contraxisse dicitur. Aliud enim est contrahere nomine Ecclesię, aliud nomine successoris, vt colligitur ex Mohed. *decis.* 271. *in fine*, & hoc eo magis dicendum est, cũ prædecessor non potuerit obligare successorem, ex quo actio personalis in eum non transibat, Put. *decis.* 181. *lib.* 1. nec successor ius aliquod à prædecessore receperat, Rota *d. decis.* 1. *de loc. in nouiss.*

Hæc autem distinctio in tantum vera est, vt respectu anni, quo prædecessor decessit, etiam quod primus esset, & conductor anticipatè affictum soluisset, successor locationi stare non teneatur: quia imputet sibi, cum posset mortem Prælati præuidere. Card. *cons.* 7. *de loc.* Imola *cons.* 161. *num.* 9. *in fine*. Ferret. *cons.* 151. *lib.* 1.

Nisi terræ fuissent satæ, & fructus pendentes de proximo colligendi, *vt post Pedem. decis.* 82. *num.* 10. consuluit Menoch. *cons.* 181. *vol.* 2. quod equidem huic casui non conuenit, ex quo Cornelius iam recollectis primi anni fructibus decessit, & successor coloni ante sationem vlteriorem locationem renuntiauit.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De successore beneficiati recipiente pensiones à Conductore.

SVMMARIVM.

1 *Successor beneficiati, recipiens pensiones locationis, non etiam tenetur stare locationi.*

2 *Ratificatio requirit eandem solemnitatem, quæ est necessaria in confectione actus.*

3 *Successor recipiendo pensionem rei locatæ, censetur locationem approbare. Intellige, vt ibi, & num. 4.*

5 *Eadem solemnitas requiritur vbi agitur de nouo actu faciendo, perinde ac si fieret ab initio.*

6 *Successor potest expresse confirmare locationem à suo prædecessore factam.*

7 *Conductor soluendo pensionē successori, non obligatur ad obseruantiam locationis pro toto tempore.*

8 *Multa conceduntur ratione litium dirimendarum, quæ aliàs non concederentur.*

9 *Tempus initi contractus inspici debet ad illius validitatem, non quod euenire potest in futurum.*

10 *Contractus claudicat ad fauorem Ecclesiæ.*

Amplia Decimoquintò, vt
1 procedat etiam † si successor in prælatura, aut in beneficio, recepisset pensionē à conductore, adhuc enim potest recedere à locatione: quia cum contractus per mortem Prælati, & beneficiati semel fuerit ipso iure exstinctus, non potest amplius reuiuiscere, *c. ex transmissa, de renunc. c. quamuis, de rescript. in 6.* quod enim nullum est, confirmari non potest, nec approbari, *c. non firmatur, de regul. iu. in 6. l. quod ab initio, ff. eod.* & si fieret ratificatio, nullius esset momenti: quia quod non est gestum nomine meo, ratificare non possum, *l. si pupilli, §. sed si ego, ff. de neg. gest. l. si seruus, ff. de*
2 *precar.* Deinde, † ratificatio ad eius validitatē requirit eandem solem-

solemnitatem, quæ est necessaria in confectione actus, *l. si vt proponis, C. de nupt.* & Innoc. *in c. cum dilecti, de empt. & vendit.* quo loci infert ad Ecclesiam, quæ si petat pretium rei malè alienatæ, non ob id intelligitur ratificare contractum: quia deficit solemnitas requisita in alienatione rerũ Ecclesiæ; quamuis itaque beneficiatus in vita, possit de fructibus sui beneficij disponere, ad effectum tamen obligandi successorem, plura requiruntur necessaria, secundum Communem opinionem, de qua in puncto casus nostri testatur Surd. *decis. 33. numer. 7. & 8.* subdens, quod quando locatio est nulla respectu successoris, tunc per receptionem pensionis locatio non conualidatur.

3 Non tamen † inficior, quin per receptionem pensionis dicatur locatio approbata per ipsũ beneficiatum aliquo respectu, vt in terminis consuluit Calderin. *cons. 7. de cens.* Cast. *cons.* 487. *nu. 8. lib.* 8. & Crauet. *cons.* 237. *num. 2. vers. alibi;* quemadmodũ si dixisset colono, quod habeat bonam curã prædiorum, & benè coleret, & seminaret, quod & per testes iustificari posse non ambigitur, vt in istis terminis scribit Guttier. *Canon. quæst. lib. 2. c. 8. num. 10. cum seq.* Sed non est bona consequentia, dicere, beneficiatus recepit partem pẽsionis, ergò simpliciter dicitur approbasse locationem pro toto tempore, non enim cõcludit per necesse ista argumentatio: quia potuit approbare locationem, sed dumtaxat pro illis annis, quorum pensiones fuerunt receptæ, & non vlterius, vt per eundem Guttier. *sub numer.* 11. Quam opinionem firmauit etiã *lib. 1. cap. 36. nu. 13.* potest enim euenire quòd Prælatus voluerit continuare locationem pro vno anno tantum, quia sibi expediebat, & non pro sequentibus; voluntas enim quæ ex facto colligitur, non extẽditur vltrà quàm ex ipso facto necessario inferatur, vt dicunt omnes citati per Surd. *d. decis. 33. num.* 10. tacitus namque consensus, qui resultat ex receptione pensionis, debet restringi, & limitari ad factum limitatum, & non vltrà, vt dicit Bart. *in l. 1. §. si quis interdicto, ff. de itin. act. priu.* licet aliud sit in expresso, vt per Put. in similibus terminis *decis.* 180. *numer. 7. & 8. lib. 1.* & in locatione videtur text. apertus *in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati,* vbi quod in prædio vrbano non censetur inducta reconductio per continuationem, nisi pro eo tempore, quo quis habitauit; in prædijs verò rusticis, prò anno tantum, non autem pro toto tempore,

pore, vt per Card. Mant. *de tac. conu. tomo 1. lib. 5. tit. 15. num. 3. 4. & 15.* & in proposito pluribus adductis confirmat Surd. *d.*
4 *decis. 33. num. 11.* & † quod Prelatus recipiendo pensionem, nó intelligatur confirmare locationem predecessoris, nisi eatenus, quatenus apparet solutū, tenuerunt Domini *in nouiss. de locat. decis. 2.* quam decisionem pluries fuit sequutus Senatus Mantuanus, vt per Surd. *decis. 264. num. 13. & decis. 265. num. 16.* & tametsi pensio in locatione sit diuisa in plures annos, neque ob id desinat esse vnica tantum locatio, cum non dicatur factam causa multiplicandæ obligationis, sed potius differendæ solutionis, pro commodo conductoris, vt per Magon. *decis. Luc. 69. num. 7. cum seq. & nu. 15. & 16. vbi Addent. in lit. A.* ità, vt ratione vnitatis, & indiuiduitatis, contractus dicatur vnicus; & iure merito non possit in parte approbari, & in parte non; nihilominus fundamentum huiusmodi cessat, considerādo quod posset procedere, si locatio fuisset facta nomine successoris, tunc non posset pro parte temporis approbari, & pro parte non, sed vel in totum reprobari, vel in totum acceptari. Verum, quia agimus de contractu prædecessoris, & de celebrando nouum actum, non verò de confirmando iam factum, hac ratione admittitur talis variatio, quæ consistit in voluntate ipsius successoris, vt deducit Surd. *d. decis. 33. sub num. 12. vers. & non obstat*, vbi *num.* 14. respondet ad
5 alia obiecta, quæ possunt † subsistere, vbi agitur de confirmando contractum iam factum, non autem vbi agitur de nouo actu faciendo, qui requirit eandem solemnitatem, prout ab initio actus veniret celebrandus, Ias. *in l. cum ijs, §. eam transactionem, sub num. 2. vers. limita tamen, C. de transact.* Aufrer. *ad Capell. Tolos. 98. cum alijs, de quibus per Borgn. decis. 46. par. 1. num. 88.*
6 Est verum, quod † si Prælatus expressè, & nominatim ratificaret locationem sui prædecessoris, ista ratificatio haberet vim nouæ locationis, iuxta opinionem Castr. præsertim si esset confirmata cum omnibus qualitatibus, de quibus in prima, prout illum in expressa ratificatione intelligit Surd. *in prealleg. decis. 33. antè num. 16.* secùs in locatione tacita, resultante ex receptione pensionis, vel ex alijs artibus inducentibus tacitam ratificationem, quæ non extendit vices suas vltrà actus necessarios, ex Regula *Expressa nocent, non expressa non nocent, l. expressa, vbi Doct. ff. de reg. iur.* sanè argumen-

gumentum de expresso ad tacitum, non viget in hoc, vt aduertit Put. *in d. decis.* 180. *lib.* 1. *num.* 14. & Surdum sequitur etiam Steph. Gratian. *Discept. Forens. cap.* 37. *num.* 19. *&* 20. *parte* 1.

7 Et hoc † idem dicendum respectu conductoris, qui soluendo pẽsionem pro vno anno successori, non intelligitur se obligasse pro toto tempore ad continuationem locationis, etiam pro futuris annis, sed potest resilire, cum non detur diuersa ratio inter successorem Prelati, & conductorem. Proindè omnis interpretatio sumenda est, vt æqualitas seruetur, *l. si id quod*, §. *fin. ff. de rescind. vendit. l. pen. in fine, C. communi diuid.* prout ità in specie tenuit Guttier. *Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 14.

Neque secundum eum prædictis obstare potest, quod pinguiores, & vberiores fructus forte sperari possunt, aut exiguiores in vltimis annis, in quibus non statur locationi, quam eorũ qui præcesserunt, contendente ob id conductore alios sequentes annos continuare, cum soluerit hac intentione pensiones tempore sterilitatis, totum contrarium afferente ipso successore, qui pensiones priorum annorum magis pinguium recepit, hac pari intentione, quod cõductor deberet ad finem perducere locationem pro subsequentibus annis sterilibus, & modo sit in eius facultate à locatione recedere, quãdoquidem Guttier. *vbi supra citatus num.* 15. dicit, querimonias successoris, & conductoris in istis casibus non esse
8 audiendas, ratione † litium dirimendarum, cum à principio partes deberent sibi præcauere, & futura prospicere, quod cum non fecerint, eis imputandum esse; quæ opinio confirmari potest alio fundamento, quod scilicet non sit habenda ratio eorum, quę euentura sunt, ratione dubij, & incerti euentus, cum possint se habere ad lucrum, &
9 damnum: ideo † debet inspici tempus ipsius contractus, & tacitæ confirmationis, non autem quod in futurum euenire potest. Dec. *cons.* 572. *n.* 11. Gama *decis. Lusitan.* 323. *nu.* 1. *&* 2. & Card. Seraph. *decis.* 1125. *numer.* 5. *&* 1307. *num.* 6. Exemplo, dicimus eam læsionem non fore attendendam, quæ potest se habere ad augmentum, vel diminutionem, dato, quod postea sequatur damnum, vt dicunt Domini *decis.* 593. *num.* 3. *in nouiss. diuers. par.* 1. ideò si aliquando lucrum receperunt, non debent egrè ferre quandoque damnum sentire, & è contra.

Ceterum, dubia videtur ista declaratio, quod conductor possit

fit versa vice recedere à locatione, id enim repugnat Communi Conclusioni, qua cautum
10 est, † contractum ad fauorem Ecclesiæ claudicare, si Ecclesia velit stare contractui, vndè si dicimus successorem in Prælatura, Episcopatu, aut Canonicatu, non teneri stare locationi, quia non seruatis seruãdis prædecessor locauit bona Ecclesiæ, istud debet intelligi si Ecclesia nollet, quatenus autem vellet stare locationi, non potest conductor recedere, quia claudicat contractus, Inno. *in c. 1. in princ.* quem sequũtur alij Canonistæ, vbi Abbas *nu. 6. de his, quæ fiunt à Prælatis sinè consensu Cap.* Put. *decis.* 310. *lib.* 1. Cresc. *decis.* 1. *de loca.* & fuit dictũ in causa Rom. domus 14. Decembris 1592. coram Card. Mant. *decis.* 201. Verum in locatione nulla, cui successor stare non tenetur, quod nec ipse possit agere contra cõductorem, sicuti è conuerso, neque ille conueniri potest ad obseruantiam, ad effectum nè contractus dicatur claudicare, videtur decisio in terminis apud Card. Mant. *decis.* 186. *nume.* 4. ideò cogitandum.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De successore Prælati, aut beneficiati, qui pensiones anticipatas adhuc viuens recepit.

SVMMARIVM.

1 *Successor Prælati non tenetur stare locationi sui prędecessoris, dato etiam quod ei soluißet pensiones anticipatas.*

2 *Prælatus pro Ecclesia semper meliora debet prospicere.*

3 *Successor Prælati tenetur stare locationi etiam anticipata solutione celebratæ, si facta sit seruatis seruandis. Distingue tamen, vt num. 4.*

5 *Conductor non potest soluere ante tempus præfixum in præiudicium successoris, dato quod locatio sit facta solemniter, alioquin non liberatur.*

6 *Solutio anticipata nunquam admittitur in præiudicium tertij.*

7 *Solutio facta incipienti mori, non afficit successorem.*

8 *Actum iuratus in præiudicium tertij non valet.*

9 *Solutio pensionis anticipatè facta ab incipiente mori, habetur, & iudicatur tamquam de pensione inexacta.*

AMplia Decimosextò, vt
1 nec † successor Prælati, vel beneficiati, teneatur stare locationi, dato quod conductor soluisset pensiones anticipatas suo prædecessori, cum enim per mortē ius beneficiati fuerit extinctum, & conductor potuerit præuidere mortem locatoris, sibi debet imputari, Card. *cons.* 7. *de locat.* & Ferret. *cons.* 151. *lib.* 1. quos in terminis fuit sequuta Rota Rom. in illa Auximana locationis coram Orano, de qua in xiiij. ampliatione. Prælatus
2 † nāque & beneficiatus, ad hoc sumoperè debet aduertere, vt sēper pro Ecclesia meliora prospiciat, *c. nuper, de rebus Eccles. non alien.* locare autem ad plures annos prædia suæ Ecclesiæ anticipata solutione, non est vtile, cum illa anticipatio sit pars pretij, *argumēto l. fundi partem, ff. de*

ff. de contrah. empt. & quotidiè experientia hoc docet: quia cōductores propter istas anticipatas solutiones viliori pretio semper conducunt, quod potest redundare in perniciem successoris, ideò successor non tenetur stare, eo quod cōtractus non est vtilis pro Ecclesia, immò tales locationes hodie improbantur per Sacr. Concil. Trident. *c.* 11. *de reform. sess.* 25. & benè Card. Mant. *de tac. conu. tomo* 1. *lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 23.

3 Si tamen locatio † esset facta cum debitis requisitis, nempè, nomine Ecclesiæ, & illa vtilis, necnon etiam ad modicum tempus, & locans esset administrator vniuersalis secundū aliquos, successor teneretur stare locationi, dato, quod integrum pretium fuisset solutum prædecessori pro toto tempore ipsius locationis, vt refert Guttier. *Canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 71. Et istam opinionem vti Communem, à qua in iudicando non esse recedendum dicit Decian. *cons.* 14. *num.* 5. *&* 9. *vol.* 2. quam ceteri adducti per eūdem Guttier. sequuntur: subdit tamen, quod ista Conclusio non caret dubio propter absurdum quod inde sequeretur. Prælatus enim posset locare bona suæ Ecclesiæ, & totum pretium recipere, deindè si moreretur in primo anno, successor nihil omninò perciperet, nedum pro sustētatione sui victus, verum nec pro oneribus dignitatis, quod redundaret in maximū dedecus Prælaturę, & ipsius dignitatis, quod tamen non est ferendum; quæ ratio secundum Decianum *vbi supra citatum nu.* 15. est satis efficax; vndè Guttier. putat, posse

4 distingui in hoc casu, quod † ampliatio nostra procedat si omnes pensiones anticipatę fuerunt solutæ, ita, vt pro rectore nihil remaneat ad sui sustentationem, secus verò si non omnes, sed aliquæ tantum fuerunt solutæ aliquibus remanentibus, quia tunc successor tenebitur stare locationi, concurrentibus alijs requisitis, de quibus suprà, vt ibi per eum. Ego tamen in hoc subsisto, & considero, quod potest esse, neque reputatur incompatibile, quod scilicet successor stare teneatur locationi factæ formiter, & solemniter per suum antecessorem, & nihilominus valeat de nouo pensiones exigere, vt post Host. Cald. & Redoan. in puncto firmat Surdus *decis.* 326. *num.* 79. saltem, vt sustineat onera dignitatis, vt supra dictum est, quod est notatu dignum.

5 Quatenus autē valida † fuisset locatio, & successor cogeretur stare locationi, non posset con-

conductor soluere antè tempus statutum, & conuentum in praeiudicium successoris, & soluendo nō consequeretur liberationem, Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. quaest.* 58. *num.* 53. Castr. *in l. diuórtio, ff. solut. matrim.* & Anch. *cons.* 116. praesertim confitendo: nam confessio Praelati, non potest afferre detrimētum Ecclesiae, vt dicunt omnes citati per Menoch. *cons.* 38. *num.* 37. sicut de confessione voluntaria tutoris, quae non obligat pupillum, *l. Lucius, ff. de administr. tut.* vbi Bart. nisi sit adminiculata. Ruin. *cons.* 174. *n.* 4. *lib.* 1. Natta *cons.* 543. *num.* 20. & in confessione Praelati volūtaria, Afflict. *decis.* 168: sanè potest debitor si vult soluere antè tempus, *l. quod in diem, ff. de solut. l. eum, qui calendis, §. fin. ff. de verb. oblig.* cum vnusquisque possit suo fauori renuntiare, *l. fin. de pact.* & dilatio temporis sit apposita gratia debitoris, *l. cum tempus, ff. de reg.*
6 *iur.* sed † quando solutio potest tertio afferre nocumentum, ista anticipatio non est licita, vt in terminis deducit Carolus de Gras. *except.* 25. *num.* 104. *cum seq.* qui loquitur in solutione facta Praelato; tales namque solutiones sunt suspectę, & inuerisimiles, ideò malitijs est obuiandum, in quantum fieri potest, vt per Menoch. *d. cons.* 38. *nu.* 38.

Quod sinè dubio procederet,
7 si † Praelato incipienti infirmari, fuisset facta solutio, vel in extremis posito, tunc, quia aequiparatur vsuario, qui non potest vltra suum vsum disponere, §. 1. *Instit. de vsu, & habit.* procul dubio non posset cōfitendo suo successori afferre nocumētum, cum alioquin detegeretur fraus in praeiudicium successoris, vt argumentatur Hieron. de Laurent. in puncto huius quaestionis *decis.* 117. *num.* 3. talis enim confessio facta hoc tempore, vt potè suspecta, non nocet successori, etiam si tendat ad liberationem, vt per Menoch. *citatum n.* 44. subdentem *num.* 46. quod actus factus in articulo mortis, alteri non praeiudicat, dato quod ab incolumi gestus potuisset detrimentum afferre, & quod est plus, id etiam procedere dicit si
8 actus ille fuisset iuratus: quia † iuramentum nō confirmat actum in praeiudicium alterius, subijciens exemplum de marito, qui incolumes vxori donare potest cum iuramento, sed in testamēto per actum confessionis de recepto, hoc facere non potest, quia illa confessio praesumitur ficta, & simulata, cum alias in vita posset expresè donare cū iuramento, iuxta magis Communem Doctorum sentētiam, vt ibi per eum *num.* 50. *cum seq.*

Nec iuuat dicere, quod huiusmodi pensiones debētur Prælato antecessori, saltem pro alimentis, & pro labore beneficiati, qui beneficio inseruiuit ad similitudinē vsufructuarij, qui lucratur fructus statim, vt à solo sunt separati, *ad l. defuncta, ff. de vsufruc.* quia quidquid sit de hac materia, quæ aliam requirit indaginem, sat est, quod in vita illos suos faciat, & in morte habeat tantum nudum vsum, &
9 non plus, & in omnē casum † solutio ista tamquàm anticipatè facta incipienti mori, habetur pro non facta, vt dictum fuit, & consequenter perinde habetur, ac si esset inexacta. Vndè saltem succedit Bulla Iulij III. reseruans fructus inexactos successori, vt per Cardin. Seraph. *decis.* 594. *præsertim num.* 18. *&* 19. vbi loquitur de Clerico, qui vsus fuit diligentia in exigendo.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE RESIGNATARIO.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius non tenetur stare locationi.*

2 *Mors ciuilis, & naturalis, habent eundem effectum quando concurrit eadem ratio.*

3 *Episcopus per renuntiationem Episcopatus, retinet nihilominus nomen dignitatis.*

4 *Nobilitatem amittens, quae est causa alicuius praeminentiae, perdit etiam ipsam praeminentiam.*

5 *Successor non tenetur stare locationi factae per Praelatum resignantem, etiam si sit facta nomine Ecclesiae.*

6 *Transactio facta cum antecessore ita demum ligat successorem si sit facta bona fide, & cum alijs requisitis, vt ibi.*

7 *Resignans beneficium, tenetur nedum restituere pensiones anticipatè solutas conductori, verum etiam ad omne interesse quatenus sit obligatus pro manutentione locationis.*

8 *Venditor tenetur restituere pensiones receptas, & ad interesse conductori, quando emptor non cogitur stare locationi.*

9 *Interesse venit de natura euictionis.*

10 *Interesse liquidatur per coniecturas, & ex solito, & per testes de credulitate.*

1 AMplia Decimoseptimò, vt etiam † Conclusio nostra procedat in resignatario, qui nec ipse stare tenetur locationi; mors enim beneficiati, & resignatio æquiparantur, resignans namque hoc respectu habetur pro mortuo, Put. *dec.* 468. *lib.* 2. & Paris. *cons.* 93. *vol.* 4. *nu.* 25. ideo, quemadmodum per mortem, ius beneficiati exstinguitur, ita per resignationem: quia mors ciuilis, & naturalis in casu isto habent eundem effectum, ad not. per Bart. *in Authent. Si qua mulier, nu.* 10. *C. de Sacrosanct. Eccles.* & licèt ista æquiparatio non soleat fieri nisi

in casibus à iure expressis, vt per glos. *in c. placuit, il* 2. 16. q. 1. quã sequitur Ias. *in l. si decessit, num.* 10. *ff. qui satisd. cogantur;* nihilominus quandò † concurrit eadē ratio, mors ciuilis operatur omnes effectus, quos ipsa mors naturalis solet operari, vt p Hond. *conf. 63. vol. 1. num.* 40. & 41. vltrà quod secūdum eum, illa declaratio non est tuta, sed per renuntiationem, beneficiatus remanet denudatus, ita, vt amplius vsumfructum beneficij nō valeat percipere, veluti in terminis consuluit Rebuf. *cons.* 104. *num.* 22. *vers. vltima quæstio*, prout in beneficiato mortuo, ideo & † quamuis Episcopus per renuntiationem retineat nomen dignitatis, ac Episcopatus, & habeat titulum vt Episcopus verè possit appellari, tamen stante renuntiatione, in eo deficit exercitium, quòd residet in ipsa administratione dignitatis, & per cōsequens deficiēte ipso subiecto administrationis, cessat omnis effectus, vt per Flamin. Paris. *de resig. benef. lib.* 1. 17. *quæst. maximè num.* 18. & sic constat beneficiatum, respectu beneficij resignati, haberi pro mortuo, vt dicunt Canonistæ *in ca. susceptum, de rescript. in 6.* & verè non possumus inficiari quin beneficiatus post resignationē dicatur prorsus spoliatus beneficio, vt in renūtiatione Abbatiæ, quod stante resignatione, resignans non dicatur de cetero habere Abbatia, de Communi testatur Flam. Paris. *de resign. benef. lib. 1. quæst. 16. nu.* 63. vbi in sequētibus numeris infert ad eum, qui † propter nobilitatem gaudet aliqua prærogatiua preeminentia, vel dignitate, quam si amittat, perdit prærogatiuã, & præeminentiam ex Regula Cessante causa, *l. adigere, §. quãuis, ff. de iure patr.* & subiungit, quod si resignans obtineret vsumfructū ratione beneficij resignati, non poterit illum assequi, cum non habeat beneficium ex quo vsusfructus non transit ad successorem; sed morte naturali, vel ciuili extinguitur, *§. finitur, Instit. de vsufr.* quod dicit Communiter teneri, vt per eū *num.* 66. & hoc † habet locum, etiam in Prælato locante nomine Ecclesiæ: quia cum debuisset scire, & præmeditari suam renūtiationem, dicitur supplantare suum successorem, qui propterea nō tenetur stare locationi, & hoc operatur præmeditata fraus, quæ nō obligat successorem, etiam in casu vbi aliàs remaneret obligatus; & dato quod successor esset necessarius, in terminis scribit Surdus, *decis.* 326. *n.* 80. licet idem Surd. *de alim. quæst.* 42. *tit.* 9. *num.* 13. esset

esset solitus dicere Cōtrarium, quod successor stare teneatur, cum factum eius voluntarium, non debeat conductori nocere.

Et quod dicitur translactionē factam antè resignationem liga re successorem, iuxta Commu nem sententiam, de qua per eū- dem Paris. *num.68.* debet intel-
6 ligi cessante fraude, & † qua- tenus fiat sub nomine dignitatis inter ipsas Ecclesias, vel earum nomine inter Prælatos Admi- nistratores, & quatenus vergat in vtilitatem, tunc sinè dubio li- gat successores, alioquin istis ces santibus cōtractus remanet per sonalis, & consequenter non o- bligat successorem, vt idem Pa- ris. declarat in seq. numeris, & in terminis resignatarij, quod nō teneatur stare locationi; Co- uar. *Var. resol. lib. 2. ca. 15. sub nu. 6. vers. idem erit;* & nouissimè Steph. Grat. *decis. 99. num. 11.* & benè. Flam. Paris. *de resignat. be- nef. lib. 1. d. quæst. 16. num. 47.*

Verum si resignās obligasset seipsum, & hæredes pro manu- tentione locationis cum hypo- theca bonorum, & contingeret
7 conductorem soluisse † antici- patas pensiones, teneretur nedū ad restitutionem pensionis pro annis futuris receptæ, verum etiam ad omne interesse ipsius conductoris, & idem in Præla- to promoto ad alium Episco- patum, vel in alio beneficiato li- berè dimittente suum benefi- cium, aut iure permutationis in alium transferrente, cum enim eorum facto proprio, & culpa dimiserint beneficium, eis de- bet imputari, tenebantur enim contractum implere pro sui par te, & cum potuissent reseruare ius conductoris, & nō fecerint; iure merito coguntur persolue- re omne interesse, sicut in em- ptore dicimus, quod vbi stare
8 non tenetur locationi, † vendi- tor cogitur restituere cōducto- ri pensiones, quas accepit pro futuro tempore, ac etiam ad in- teresse, *argumento l. si merces, §. 1. ff. locati,* cū alijs adductis per Guttier. *Canon. quæst. lib. 2. cap. 8. num. 9.* & in Prælato permu- tante, & in beneficiato resignā- te ad similitudinem venditoris, Concludit in puncto Guttier. *Canon. quæst. lib. 1. cap. 36. num. 25. & 26.* quo loci dicit multum differre inter vacationem bene- ficij voluntariam, & sponta- neam, & eam, quæ morte con- tingit.

Prima. n. facto partis accidit.

Secunda verò iudicio Dei; subdit tamē, quod tutius est pro conductoribus, vt sibi consulāt de euictione pro omni interesse in omnem casum promotionis, aut alterius cuiuscumque dimis sionis, qa ista stipulatio erit cau

telosa,

telosa, non solum ad euadēdum opiniones, verum respectu interesse, cum illud † veniat de natu-
9 ra euictionis in quo cōtinentur expēsæ, damna, & amissio augmenti, siuè lucri, *l. si cōtrouersia, C. de act. empt. l. actio, C. de euict.* quod interesse dicitur lucrum radicatum, & debet probari, iuxta Communem æstimationem, vt per Bald. *in l. cum te, ff. de donat. ante nupt. in prin.* & debetur de tempore sequutæ euictionis, quia tunc incipit deberi, *l. si sterilis, §. per venditionem, ff. de act. empt.* Bal. *in l. si traditio, quæst. 4. C. eod.*

Quapropter si conductor in annis sequentibus potuisset tot lucrari, eo quia fructus fuerunt vberiores, & pinguiores, hæredes Prælati, aut Præbendarij tenebuntur ad refundendum lucrum, tàmquàm interesse; & hu-
10 iusmodi † liquidatio poterit fieri etiam per coniecturas, cum requirat leuiorem probationem, ex redditibus terrarum vicinarum, quod totum Iudicis arbitrio remittitur, vt per Card. Seraph. *decis. 955. num. 3. & 4.* immò ex solito, vt per eundem Card. *decis. 1397. num. 3. & 4.* & per testes de credulitate, vel de auditu, aut per arendatarios, & œconomos, aut per eos, qui recolectioni interfuerunt, Cæsar de Grass. *de Præben. decis. 7. nu. 2.* & Cardin. Seraph. *decis. 1245. num. 7.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De ſpolio prouenientе ex contractu locationis bonorum Eccleſiæ contra Conſtitutionem Paulinam.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſori in beneficio Eccleſiaſtico competit ſpolium aduerſus Conductorem occupantem bona beneficij, & Eccleſiæ.*

2 *Eccleſia dicitur poſſidere bona, nõ autem beneficiatus.*

3 *Succeſſor agens ſpolio nomine proprio, intelligitur tamen egiſſe nomine ſuæ Eccleſiæ.*

4 *Extremum in ſpolio ſufficit quod probetur, reſpectu Eccleſiæ.*

5 *Extremum primum probatur ex inſtrumento locationis, accedente ſolutione penſionis, nedum contra conductorem, ſed etiam contra habentem cauſam ab eo.*

6 *Remedium ſpolij datur Prælato, qui nulliter bona ſuæ Eccleſiæ locauit.*

7 *Spoliatus facto proprio, non habet remedium reſtitutorium. Fallit, vt hic.*

8 *Alienans bona Eccleſiæ contra Conſtitution ẽ Paulinam, amittit beneficium. Intellige, vt ibi.*

9 *Poſſeſſio ſemper retinetur per Eccleſiam, & non dicitur vacans.*

10 *Extremum ſecundum in ſpolio probatur ex ſola litis conteſtatione cum adminiculis.*

11 *Actio ſpolij datur ſi non fuit ſeruata forma Beneplaciti Apoſtolici.*

AMplia Decimooctauò Cõclusionem noſtram circa ea quæ de bonis Eccleſiæ, Præbendæ, aut Commendæ diximus, vt in tantũ procedat, quod ſi locatio fuit facta abſque beneplacito Apoſtolico, contra *Extrauagantem Ambitioſè, de rebus Eccleſ. non alien.* vel alias non ſeruatis ſeruandis, ita, & taliter,
1 quod † ſucceſſor non teneatur ſtare locationi ſui prædeceſſoris, poſſit intentare ſpolium pro reintegratione bonorum ſuę Eccleſiæ,

clesiæ, ad exemplum Ecclesiæ agentis ad recuperatione bonorum per lineam finitam deuolutorum, cui competit remedium reintegrandæ probata deficientia lineæ, vt per Cardin. Seraph. *decis.* 1458. *num.* 4. *&* 5. quia tametsi successor nũquam fuerit in possessione bonorum locatorum, sufficit tamen quod habeat ius, & titulum in Beneficio, Præbenda, & Dignitate ab habente auctoritatem: nam
2 † verè Rector, & beneficiatus non dicitur possidere; sed ipsa Ecclesia possidet, vt per Abb. *in c. super, de caus. poss. et propriet. num.* 28. *& in c. litteræ, num.* 3. *de dilat.* & Caputaquens. *decis.* 170. *num.* 4. *par.* 3. intantum, quod
3 † etiã si successor agat nomine suo, non sit ei denegandum remedium restitutorium ex eo capite, quod non probauerit extremum principale in spolio necessarium, hoc est antiquiorem possessionem, adhuc enim intelligitur egisse nomine suæ Ecclesiæ, cui reintegratio dari debet, vt dicunt Domini *decis.* 423. *in nouiss. diuers. antè num.* 4. *par.* 1. nam quotiescũque ex causis iniustis Prælatus desinit possidere, nũquam potest afferre detrimentum, & damnum Ecclesiæ, vt benè dicit Dec. *in l. qui dolo, num.* 1. *ff. de reg. iur.* Proindè suf-
4 ficit † quod extremũ probetur respectu ipsius Ecclesiæ, quod
5 † satis probatum dicitur ex instrumento locationis, *c. cum venissent, de restit. spoliat.* Gabr. *de locat. Concl.* 4. *nu.* 2. Pont. *de spol. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 69. *argumento text. l. si quis conductionis, C. loca. l. non ab re, C. vnde vi.* maximè accedente solutione pensionis, quo casu probat nedum contra ipsum conductorem, sed etiam contra habẽtem causam ab eo, vt pluribus confirmat Banab. Cornaz. *decis. Luc.* 49. *per totam,* Rom. *cons.* 70. *nu.* 11. Alex. *cons.* 10. *num.* 3. *lib.* 4. & de Communi etiam contra tertium, Socin. *cons.* 106. *num.* 2. *lib.* 3. præsertim alijs concurrentibus adminiculis, Card. Seraph. *decis.* 896. *n.* 2.
6 Quinimò ipsemet † Prælatus, qui locauit nulliter, & iniustè, potest contrauenire, & remedium spolij intentare; quamuis enim Conclusio illa sit iure comprobata, quod qui cecidit à possessione facto proprio, non restituatur, Socin. *in l. rem quæ nobis, num.* 8. *ff. de acqu. poss.* Grat. *cons.* 50. *num.* 13. *lib.* 1. Rota *in nouiss. diuers. decis.* 132. *num.* 1. *& decis.* 200. *num.* 6. *par.* 1. nihilominus quando beneficiatus facto, & culpa propria cecidit a possessione, semper Ecclesia restituitur, quia contemplatur ipsa Ecclesia, & non Prælatus, *c. audiẽs, il primo, vt lite contest.* cum alijs adductis

adductis per Caputaq. *in alleg. decis.* 170. *par.* 3. Vltra quod, illa
7 Cõclusio, Quod † spoliatus sua possessione culpa propria, non habeat remedium restitutoriũ, procedit, quatenus contractus fuit solẽniter, & validè gestus, & celebratus, & sic quando ex causa iusta cecidit à possessione, vt loquitur Socin. *in d.l. rem quæ nobis*, & declarat Alexan. *cons.* 33 *sub num.* 8. *lib.* 6. at vbi quis cadit ex causa iniusta, & non solemnizata, vel nulla, tũc sinè dubio dicitur spoliatus, & per consequens est reintegrandus, vt in locatione minus valida scribit idem Caputaq. *decis.* 172. *num.* 6. & 7. *par.* 3. Et licet
8 † qui alienat bona Ecclesię cõtra formam præscriptã d. Constitutionis Paulinę, debeat amittere causam, & beneficium, vt nominatim habetur in d. Constitutione, immò contrauenien do propriæ locationi, dicatur periurus, ad not. *in l. si quis maior, C. de transact.* itã, vt habeat os clausum, neque sit audiẽdus, sed potius à limine iudicij repel lendus, ad not. *in c. pen. vbi glos. in fine*, 22. *quæst.* 5. adeò, quod sub clypeo nullitatis cõtractus, non possit euitare periurium, cũ nemo debeat esse iudex proprij iuramenti, & ex iuramento nullo, contrahatur etiam periurium, *c. tua nos*, vbi Bald. *de iureiuran.* & Crauet. *cons.* 191 *post num.* 7. *vers. sed magis in terminis*, tamẽ prædictis omnibus mi nimè refragantibus, non est deneganda restitutio ipsi beneficiato, eo quod supradictæ omnes rationes militãt contra Rectorem, sed non militant cõtra Ecclesiam, præsertim quando nomine Ecclesiæ fuit actũ, quæ dicitur cecidisse facto sui Rectoris iniusto, & iuremerito Rector benè agit, & rectius facit successor pro tuitione iurium suæ Ecclesię, vt in puncto locationis decidit Caputaquens. *decis.* 182. *par.* 3.

9 Neque dici potest † possessionem remansisse vacantem morte Pręlati, aut morte Beneficiati, cum illa semper retineatur per Ecclesiam, & quæ nunquã moritur, vt declarat Bald. *in l.* 2. *C. de seruit. & aqua, nu.* 65. & ista possessio non est ciuilissima, vt aliqui non tutè putauerunt; sed dicitur ciuilis, & consi derabilis, & per cõsequens apta producere omnes effectus iuris, & pręsertim ad effectum interdicti recuperandę, vt magistraliter de more decidunt Domini *in vna Senen. Pontis Arigi in nouiss. diuers. decis.* 690. *par.* 1. *nu.* 2. & 3. quod non cadit in ciuilissimam possessionẽ, vt ibi per eos, ratione cuius ciuilis possessionis datur interdictum pro recupe-

M cupe-

cuperatione naturalis possessionis, vt per Beroum *cons.* 102.*n.* 43.*lib.* 1. & per Hond. *cons.* 21. *num:* 19.*lib.* 2. etiam quod beneficiatus non probet primum extremum respectu sui; dummodo probet possessionem respectu Ecclesiæ, vt iam dictum est.

Aliud verò extremum in hoc remedio necessarium leuiorem probationē requirit, vt per Rotam *decis.* 8 *de rest. spol. in nouiss.*
10 vnde, † sufficere litis contestationem cum aliquibus adminiculis sæpius in Rota fuit decisum, & passim obseruatur, *vt in Regiensi bonorum*, 17. *Decembris* 1576. coram bon: mem: Card. Blanchetto, *& in Mediolanensi emphyteusis*, coram Illustrissimo Ludouisio, nunc Summo Pont. Gregorio XV. Veneris 18. Aprilis 1603. & alibi.

Non est etiam omittendum, pro confirmatione eorum, quæ
11 superius dicta sunt, quod si † locatio fuisset facta sub conditione Beneplaciti Apostolici, vel forma illius non fuisset seruata, non impediretur actio spolij, vt per Alex. *cons.* 90. *lib.* 4. & tametsi ex contractu nullo transferatur possessio, quamuis non pręcedat titulus habilis, vel causa iusta, vt dicunt Domini *decis.* 549. *par.* 1. *diuers. num.* 8. nihilominus quando deficit consensus, Conclusio prędicta non applicatur, vt per Achil. de Gras. *decis.* 15. *de rest. spol.* Quādo autem Prælatus locat, reseruato Beneplacito Apostolico, non intendit locare, nisi eo accedente, vel seruata illius forma, ideò altero deficiēte, deficit quoque consensus, & per consequens, successor non tenetur stare locationi, & iure merito competit spolium, per ea quæ dicta fuerunt coram Illustrissimo Card. Lancellotto in casu locationis, inter cons. Farinac. *vol.* 2. *decis.* 325. *sub num.* 9.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De hæredibus Prælati, & Beneficiati, & eorum fideiussoribus, an teneantur ad manutentionem locationis, & ad interesse, &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes Prælati, & Beneficiati, non tenentur ad manutentionem locationis, sicuti neque fideiussores dati.*

2 *Euictio non habet locum, quando res euincitur de sui natura. Limita, vt num. 10.*

3 *Locatio intelligitur facta sub cõditione quatenus locator vixerit.*

4 *Hæres vsufructuarij nõ tenetur præstare patientiam, quod conductor fruatur re conducta finito vsufructu. Intellige, vt n. 13.*

5 *Iuramentum non alterat principalem dispositionem.*

6 *Hæres potest contrauenire facto defuncti, quando factum est nullum.*

7 *Fideiussor, qui promisit sub hypotheca suorum bonorum manutenere locationem factam per beneficiatum, tenetur ad omnia damna, & interesse.*

8 *Hæres beneficiati tenetur ad restitutionem pensionum, si locatio non fuit impleta pro toto tempore locationis.*

9 *Minor prohibetur contrahere, ne circumueniatur, et idem in filiofamilias pecunias mutuo recipiente.*

11 *Clausula, Rebus sic stantibus, nõ habet locum, si à principio fuit cogitatum de casu futuro.*

12 *Fideiussores assumuntur pro cautela à conductoribus in rebus Beneficiati.*

14 *Fideiussor in solidũ remanet obligatus, etiam si contractus sit nullus aliquo respectu.*

15 *Distinctio Guttierez impugnatur.*

AMplia Decimononò, vt
1 nedum † successor beneficiati Prælati aut Curati teneãtur stare locationi, sed quod

magis eſt, neque hæredes eorũ cogantur manutenere locationem, ſicuti nec fideiuſſores dati pro eius manutentione: nam etſi regulariter contractus locationis ſit tranſitorius ad hæredes, *l. ſed addès*, *§. penult. ff. locati*, *§. fin. Inſtit. eod.* aliud tamen eſt in eo qui contraxit cum eo quem ſciebat, vel ſaltem ſcire debebat, non poſſe rem obligare vltra vitam ſuam, ideò ſibi eſt imputandum quare ſic voluerit contrahere, *l. qui cum alio*, *ff. de regul. iur.* vbi Dec. *num.* 1. infert ad mutuãtem pecuniam filiofamilias, qui non habet repetitionem, obſtante Senatuſconſulto Macedoniano, ita, vt neque hæres eius teneatur ad reſtitutionem, nec eius fideiuſſor, vt per Card. Mant. *de tacit. conuent. tomo* 1. *lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 6. *&* 7. & idem dicit in minore, & in terminis locationis factæ à Prælato, & à Beneficiato, Anchar. *conſ.* 216. *n.* 8. *verſ. ex prædictis*. Facit ſecundo illa Concluſio ab omnibus approbata,
2 † quod vbi res euincitur de ſui natura, de qua contrahentes potuerunt habere ſcientiam, non datur actio de euictione, Socin. Sen. *in conſ.* 115. *&* 119. *lib.* 13. Natta *conſ.* 25. Bero. *conſ.* 108. *num.* 22. *lib.* 11. cum alijs adductis per Roland. *conſ.* 51. *num.* 9. *lib.* 4. qui autem cõducit ab huiuſmodi Eccleſiaſticis, præſumitur ſcire eorum qualitatem, immò ſcire tenentur, cum paria ſint, ſcire, vel ſcire debere, vt per Cagnol. *in d. l. qui cum alio*, *num.* 7. *&* 8. ergò hæredes, vel eorum fideiuſſores, non debent in aliquo teneri, cum ex natura rei deficiat locatio per mortẽ, aut per reſignationem; cogitare enim debuit cõductor, quod antè finitam locationem, locãs poterat mori, vt per Cephal.
3 *cõſ.* 181. Facit tertio, quod † iſta locatio ſic facta, intelligitur ſub conditione quatenus locator vixerit, non enim contrauenire dicitur contractui, qui ſecundũ naturam contractus experitur, vt per Natt. *d. conſ.* 25. *numer.* 2. quælibet enim diſpoſitio intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, vt in locatione eſt text. *in l. quæro*, *§. inter locatorem*, *ff. locati*, & latè Marſ. *in l.* 1. *§. fin. num.* 21. *& infrà, de quæſt.* & conſequenter ceſſante locatione, deficit cauſa obligationis, & ideò hæredes non remanent amplius obligati, Roman. *conſ.* 417. *num.* 1. etiã ſi adſit iuramentum, Bec. *conſ.* 203. *num.* 35. *lib.* 1. ſuppoſita enim ſcientia, quæ præſumitur in conductore, dum contraxit cum huiuſmodi perſonis, vt per Cagnol. *in d. l. qui cum alio*, *nu.* 8. debuit etiam veriſimiliter habere

bere

bere ſcientiam, quod per mortem locantis ius erat exſtinctũ, cum iuris ignorantia neminem excuſet, *l. fin. C. de iur. & facti ignor.* & tales locationes per mortem ipſo iure exſtinguũtur abſque declaratione ſucceſſoris ex defectu poteſtatis ipſius locantis, *c. fin. ne Prӕl. vic. ſuas, c. ſignificauit, de cenſ. cum alijs plu-*
4 *ribus.* Similè videmus in † vſufructuario, qui fundum locauit in quinquennium, & antè finitam locationem deceſſit: quia hӕres illius non tenetur prӕſtare patientiam, vt cõductor frui poſſit, non magis quàm ſi inſula eſſet exhauſta, immò neque ſumptus quos fecit in fundo, vt probat text. *in l. ſi quis domum, §. 1. ff. locati,* vbi Iuriſconſultus adducit rationem; quia hoc euenire poſſe debuit proſpicere.

Neque iuramẽtum cum alijs Clauſulis quidquã operari poſſunt ad effectum, de quo agitur:
5 ſi quidem † iuramentum intelligitur ſecũdum naturam actus cui apponitur; neque ob id alterat principalem diſpoſitionem, vt per Card. Mant. *de tac. conu. tomo 1. lib. 4. tit. 32. num. 89. cum ſeq. l. fin. C. de except. non num. pecun.*

Minus offendere videtur text. *in l. cum à matre, C. de rei vendic. & text. in l. ex qua perſona, ff. de*
6 *reg. iur.* quia † non procedunt, quando actus eſt nullus, & inualidus, tunc enim hӕres ſinè dubio poteſt contrauenire facto defuncti, Honded. *conſ. 3. num. 44. vol. 1.* Grammat. *deciſ. 93.* & Cӕſar Barz. *deciſ. Bononienſ. 64. n. 6.* & in terminis noſtris Guttier. *Canon. quӕſt. lib. 1. cap. 36. num. 22.* vbi quod licet locatio facta ad modicum tempus, ſit valida durante vita Prӕlati, eo tamen mortuo, ſtatim ipſo iure annullatur. Sed vltra allegata per Guttier. ego pondero, quod quando locatio fuit perſonalis, & non ſub nomine dignitatis, vt ſupponit diſputatio noſtra, locatio ſemper remanet nulla, Card. Mant. *de tac. conu. tomo 1. lib. 5. tit. 13. numer. 4.* Moderni Rom. *de Saluiano interdicto, Inſpec. 4. ca. 1. num. 39.* non mirum ſi hӕres non tenetur ad obſeruantiam eorum quӕ geſſit defunctus, ſanè vbi locatio eſt nulla, non eſt agẽdum an ſucceſſor teneatur ſtare locationi, vt per Modernos Rom. *ibi, num. 38.*

Contraria tamen ſententia
7 iure defendi poteſt, vbi † Prӕlatus, vel Beneficiatus ꝓ obſeruantia locationis promiſit damna, & intereſſe locatoris ſub hypotheca omnium bonorũ ſuorum, vel pro manutentione acceſſit fideiuſſor, tunc enim conuentio eſt ſeruanda, cum ex cõuentione partium cõtractus legem

gem accipiant, *l. 1. §. si conueniat, ff. de pact. l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iur.* quod
8 enim † hæres teneatur restituere conductori pensiones per locatorem receptas, non est locus dubitandi, quatenus contractus locationis non fuerit pro toto tempore impletus, vt per Guttier. *vt supra cit. sub num.* 17. *&* 26. Vt igitur, aliquid operetur conuentio, debet hæres teneri ad interesse conuentum, ne pactum reddatur elusorium, Cardin. Mant. *de tac. conuent. tomo* 1. *lib. 2. tit. 4. num.* 27. nulla enim maior est iustitia quàm præstare id, quod conuentum est, *l. nō minorem, C. de transact.* etiamsi à natura contractus fuerit recessum, *l. ex empto, in principio, ff. de act. empt.* & optimè Socin. iun. *cons. 84. num. 28. lib. 2.* Vnde quemadmodum defunctus tenebatur ad omne interesse, Duen. *Reg. 240. in vers. emptor, nu.* 10. Ita hæres debet teneri, quia adeundo, dicitur ratificasse obligationem defuncti, *l. si fundus, §. 1. ff. de pignor. l. solutum, §. solutam, ff. de pign. act.*

Neque illa ratio de eo, qui contrahit cum filiofamilias, aut cū minore est attendenda: quia
9 in † istis speciali ratione est prohibitum contrahere, nè minores circonueniantur, si pecunia non sit versa in eorum vtilitatem, vt per Cardin. Mantic. *de tac. conu. lib. 8. tit. 6. tomo* 1. & idem in filijsfamilias, nè detur occasio pecandi, dum pecunias mutuo recipiunt luxuriosè viuendo, & vitæ parentum insidiando, vt per eundem Cardin. Mant. *lib. 8. tit. 7. num. 36.*

Minus refragatur, quod loca
10 tio † exstinguitur ex sui natura, nec ideò euictio locum habeat, præsertim vbi venditur res aliena, scienti esse alienam, *l. quod si in venditione, ff. de hæred. vel act. vend.* quandoquidem vbi promissio fuit facta ī specie, & quis nominatim stipulatus est de euictione, non militat dicta ratio. Card. Seraph. *decis. 785. num. 8. & decis. 723. num.* 7. vbi, quod tunc scientia emptoris non nocet.

Longè minus obstat, quod locatio intelligatur facta sub conditione, quatenus Prælatus, aut
11 Beneficiatus viuat, & † rebus sic stantibus: quia hoc debet intelligi, nisi à principio fuerit cogitatum de casu futuro, saltem implicitè, & generaliter, tunc si causa superueniat, non facit vt sit recedendum à priori contractu, & à priori conuentione, Osasc. *decis. 91. num. 14. cum seq.* & benè Card. Mant. *de tac. conuent. tomo 1. lib. 2. tit. 4. num. 98.*
12 *vers. sed certè;* at † fideiussores assumuntur pro securitate locationis,

cationis, immò datur pro cautela, vt recipiantur similes prouisiones in omnem casum & euentum, qui contingere potest, proindè quidquid eueniat, non est in consideratione.

13 Ad id verò quod † de vsufructuario dicitur, qui si moriatur antè finitum quinquennium ad nihilum teneatur neque hæredem relinquat obligatum, facilis est responsio: hoc enim totũ accidit, quia locauit tãquã vsufructuarius, nec quidquam promisit conductori, vndè non potest cõqueri quod eum decepit, vt declarat Castr. *ibi, num. 4.* nõ sic in casu isto, vbi fuit nominatim cautum conductori ex promissione manutentionis ipsius locationis, cum datione fideiussoris, vt iam dictum est, & si

14 † admittamus etiam quod locatio esset nulla, parum refert, si is, qui fideiussit, accessit vt principalis, & in solidum: quia obligatio non dicitur accessoria, sed stat principaliter tamquam duo correi, vt per Cardinal. Seraph. *decis. 1324. num. 4. & 5.* saltem quando fideiussor obligauit se pro obseruantia totius contractus, cum iuramento, iuxta Mohed. *decis. 2. de fideiussor.*

15 Guttier. † tamen, *in loco cit. nu. 23.* existimat in puncto iuris, quod possit sustineri nostra ampliatio cũ distinctione, an Prælatus spontè renuntiauerit, vel permutando, ad alium Episcopatum fuerit promotus, aut per mortem beneficium vacauerit; vt primò casu teneatur ad omne interesse; secundò verò casu, hæredes, & fideiussores censeri liberatos, vt per eum, *n. 25. & 26.* Ego tamẽ, etsi magna sit auctoritas Guttiereæ, huic opinioni non consentio; sed eos indistinctè teneri ad obseruãtiam locationis, & ad omne interesse, verius credo ex deductis suprà.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De ſucceſſore per viam retractus.

SVMMARIVM.

1 *Retrahens rem per viam retractus ex vi Statuti, vel conſuetudinis, non tenetur ſtare locationi, & coloniæ.*

2 *Retrahens rem per viam retractus, vtitur iure emptoris in omnibus & per omnia.*

3 *Retrahens rem in tempore præfixo per Statutum, non tenetur ſtare locationi, & coloniæ factę à primo emptore.*

4 *Expenſæ factæ per colonum pendente tempore ad retrahēdum, ſi non expectant dilationem, et ſint vtiles, debent refici per retrahentem, pro quibus datur retentio.*

5 *Semen iactum dicitur expenſa neceſſaria, & tamquam inſtrumentum fundi.*

6 *Retrahens rem, cogitur ſtare locationi, quatenus primus emptor ſtare teneatur.*

7 *Conſtitutio Gregorij XIII. ad fauorem volentium ædificare in Vrbe, declaratur.*

8 *Retrahens rem lege permittente, non tenetur ad aliquod intereſſe colono, aut inquilino.*

9 *Prohibitio alienationis non comprehendit alienationem neceſſariam.*

AMpliatur Vigeſima Cōcluſio noſtra, vt procedat etiam in eo qui † vigore legis municipalis, aut conſuetudinis rem venditam vult retrahere, & conſequi, nam is ſtare non tenetur locationi, aut coloniæ: quia eſt ſingularis ſucceſſor, & voluntarius; ideò poteſt recedere à locatione, *l. qui fundum, l. ſi merces, §. 1. ff. locati*, Corn. *conſ. 144. num. 9. lib. 3.* namq; huiuſmodi ſucceſſor ſubintrat in locum primi acquirentis, ideò ſicut primus emptor non tenetur ſtare, *per text. l. noſtræ*, ita neque is qui in locum eius ſuccedit ſtare tenebitur. Vndè infertur, quod ſi ex cauſa vēditionis ego trado rem alicui, ius quod erat penes me venditorem, tranſit

in

in emptorem, & si eram dominus directus, transfertur dominium directum in emptorem, si vtiliter, transfertur dominium vtile, *l. ex empto. ff. de act. empt.* & per Din. *in Reg. Nemo potest, ff. de reg. iur. in princ. vbi num. 2.* dicit, quod si res erat libera penes me venditorem, transibit quoque libera ad emptorem; item si seruitutem debeat, & cum seruitute transibit, & si erat alij obligata, transibit cum eodem iure obligationis: quia res semper transit cum sua causa, & onere, vt ibi per eum. Proinde quia successor per viam retractus habet causam à primo
2 emptore, vtitur iure suo † in omnibus, & per omnia, ex vi subrogationis, *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* Alexan. *cons. 193. vol. 2. col. 3.* etiã in subrogatione legis, vt per Bart. *in l. 1. § fin. vers. secundo casu, ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer.* cũ alijs, de quibus per Fab. *in §. fuerat, in fine, Instit. de act.* quod multo magis procedit si locatio fuisset facta ab emptore pendente tempore Statuti ad retrahendum Agnato, & vicino, vnde pridiè interrogatus a quodam rustico qui per viam retractus acquisiuerat bubulcas octo terræ, & emptor intra mẽsem a Statuto præfixum ad retrahendum constituerat laboratorẽ, dixi quod non tenebatur stare huic colo-
3 no, † quia talis emptor nullum ius habet in re nisi translato tẽpore, & interim erat multum debile, & citò finiturũ, ad not. *in l. 1. §. domini, ff. ad Silan.* & etiam, quia retrahens succedebat in plenum ius voluntariè, idcircò non tenebatur stare locationi, iuxta Bartoli distinctionem, *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff solut. matr. sub num. 1. vers. aut ei non est constitutũ ius in re.* Huic addebam, quod si primus emptor habuisset aliqualem rei administrationem, pendente termino ad retrahendum, nõ tamen habebat administrationem respectu successoris, ideò succedebat alia Conclusio, quod in dubio successor non tenetur stare contractui sui prędecessoris, vt per Abb. *in cap. fin. ne Prælati vices suas, sub num. 8. in fine.*

Bene verum est, quod si iste colonus (prout erat casus illius rustici) fecisset aliquas expensas in arando, ligonizando, aut inserendo, quę dilationem non expectabãt, dixi quod sibi erant restituendę, quia fecerat rem vtilem, & tales expensę erant factę occasione rei, quo casu
4 datur retentio, † *l. in rebus, §. possunt. ff. commod. glo. in l. si non sortem, §. si centum, in verbo, retinebit, ff. de cond. indeb.* Surd. *decis.*

50.*num.* 1. & 2. & in pũcto conductoris Steph. Grat. *Decis.* 221. *num.* 2. & Cart. *decis. Ianuens.* 11. *num.* 4. vbi *num.* 5. quod ista exceptio poteſt opponi in executione ſententię, eo quod ipſam ſententiam non impugnat, ità, vt nõ admittatur fideiuſſio de ſoluendo, quatenus expenſæ fuerint liquidatę, dũmodo de proximo ſit facienda liquidatio, ad quam faciendam non eſt dilatio deneganda, vt in ſequentibus numeris confirmat hanc Concluſionem.

Et hoc idem dicendum eſt re-
5 ſpectu † feminis iacti, quia iudicatur tàmquã inſtrumentũ fundi, *l. item*, *l. quęſitum*, *§. item*, *nõnullis*, *ff. de fundo instruct.* ideò conductor, & colonus illud deducit, eo quod inſtrumenta coloni non cedũt ſucceſſori, *l. fundus*, *ff. loc.* vltrà quod numerantur inter expenſas neceſſarias, *l. si fundum*, *§. fin. ff. sol. matr.* & Bal. *in c. graue*, *de restit. spol.* pro quibus inducitur quędam tacita hypotheca cuius gratia datur retentio, Bart. *in d. l. si non sortem*, *§. si centum*, *ff. de cond. indeb.* & Abb. *in c.* 1. *nume.* 3. *de rest. spoliat.*

Noſtra tamen Ampliatio eſt
6 intelligẽda in caſu † in quo primus emptor non teneretur ſtare locationi: nam ſi primus ſtare teneretur, ſinè dubio retrahens quoque ſtare cogeretur, quia non potuit plus iuris transferre in alium quàm ipſe haberet, *ex Regula, Nemo plus iuris*, *ff. de reg. iur.* neque credendum eſt, quod Statutũ voluerit plus iuris in retrahentem velle trãſferre, quam ab initio emptor ipſe fuit cõſequutus. Si enim Statutum concedit retractum, intelligitur concedere ſinè pręiudicio tertij, *c. quamuis*, *de rescript. in fine l.* 2. *§. merito*, *ff. ne quid in loco publico*, præſertim quia deuiat à iure Communi, *l. dudum*, *C. de contrab. empt.* & in puncto ſcribit Cardin. Mant. *de tacit. conu. lib.* 8. *tit.* 10. *num.* 35. *verſ. huic obiecto*, *circa mediũ*, niſi eſſemus in caſu Statuti, quod aliquo reſpectu tribueret pręlationem retrahenti rem etiam contrà dominum; & dato quod res eſſet (puta) ſubiecta fideicõmiſſo cum prohibitione aliena-
7 tionis, vt † in Bulla Gregorij XIII. edita ad fauorem degentiũ in Vrbe Romana volẽtium ędificare, quę vicino ſic ędificare volenti permitit ius retrahendi etiam à domino inuito cum iure pręlationis: quia talis pręlatio intelligeretur etiam in caſu quòd inquilinus vel colonus non poſſet alioquin eijci de
8 iure Communi † ità, vt talis ſic retrahens non teneatur ad aliquod intereſſe, cum id faciat

lege

lege permittente, vt fuit dictum *in Romana retractus apud Cardin. Mantic. de anno* 1589. *decis.* 63. cum enim d. Constitutio Gregorij compellat dominum ad vendendum vicino ędificare volenti, etiam si res sit prohibita alienari, multo magis debet censeri permissum contra inquilinum, vel colonum habentem ius in re, vti per Card. Mant. *num.* 6. vbi *num.* 7. dicit hoc adeo verum esse, quod si in cōtractu locationis fuisset appositum pactum de non alienando, intelligeretur huiusmodi pactum de alienatione voluntaria, non necessaria, quę fit per viam retractus, *l. alienationis, ff. famil. hercisc. l. peto, §. prędium, ff. de leg.* 2. *vt ibi per eum.* Simile videmus, quod si Statutum

9 prohibeat alienationem, † ista prohibitio non comprehendit alienationem necessariam, vt per Doctores citatos *in eadem decis. num.* 9. Igitur neque pactum debet illam comprehendere; nam potentius est Statutum, quam pactum, *l. non impossibile, ff. de pact.* cum alijs de quibus per eundem Mant. *num.* 9. vbi de Communi testatur, maximè si Statutum esset fauorabile, prout est Constitutio Gregorij ad ornatum Vrbis, quod non potest tolli per pactū a contrahētibus præmeditatum, obstante Regula, quod ius publicum pactis priuatorum lædi nō potest, *l. ius publicum, ff. de pact. c. si diligenti, de foro compet. cum alijs vulg.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De locatione nulla, & fraudulenta.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis non tenetur stare locationi nullę et fraudulentæ.*

2 *Facilius conseruatur id quod est factum, quàm quod de nouo est faciendum.*

3 *Successor non tenetur stare locationi factæ lite pendente.*

4 *Succedens per sententiam non tenetur stare locationi quæ fuit facta in fraudem.*

5 *Fraus probatur præsumptionibus, & coniecturis, de quibus hic.*

6 *Locatio in fraudem probatur, si sit facta ad longum tempus ab eo, qui non habet totale rei dominium.*

7 *Locatio ad longum tempus dicitur, si sit facta per decennium; quod exemplifica, vt ibi.*

8 *Tempus longum dicitur Iudicis arbitrio.*

9 *Locatio, quæ est facta ad longum tempus, non valet, nec etiam pro modico tempore.*

10 *Locare prohibitus, potest tamen fructus, & eorum commoditatem locare.*

AMplia Vltimò Cõclusionem nostram eo magis procedere, quando locatio fuit nulla, & fraudulenter facta, tũc sinè dubio successor singularis non tenetur stare huic locatio-
1 ni. † Locatio enim quę est nulla, non meretur nomen locationis, ea namque caret effectu, vndè & nomine carere debet, Bal. *in l. cum precibus, C. de probat.* sic quoque sententia, quę nulla est, non meretur appellari sententia, vt not. omnes *in l.* 4. *§. condemnatum, de re iudic.* ideò perinde est ac si locatio non esset facta: quia paria sunt, non fuisse factum, & nulliter factum, *l. non putauit, §. non quisquis*, vbi Bart. *de bon. poss. contra tab. l.* 1. *§. quod autem*, vbi Bald. *de off. Præf. Vrb. l. quoties*, vbi Ias. *ff. qui satisd. cogant.* Ea propter, nõ est habenda ratio locationis, quæ fuit

fuit nulla, vel fraudulenta: non entis enim nullæ sũt qualitates; proindè si locatio fuisset facta ab eo, cui bonis fuit interdictũ, vel à pupillo finè tutoris auctoritate, vel à minore finè debitis solemnitatibus à Statuto requisitis, vt in Statuto Rauennæ, quod vniuersaliter loquitur, ꝑcul dubio, successor non teneretur aliquo pacto stare locationi: quia non præstat impedimẽtum, quod de iure non sortitur effectum, *cap. non præstat, de reg. iur. in 6.* & in puncto decidit Surd. *decis.* 40. *num. 6.* vbi enim locatio est nulla, si diceremus successorem teneri ad illius obseruantiam, ageretur potius de noua locatione inducenda, quã de sustinendo iam facta: vndè
2 facilius † conseruatur id quod factum est, quam si de nouo aliquid fiat, *l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & l. vltima, §. penult. C. de donat. ante nupt.* Sequitur itaque quod conductor non potest obijcere de sua conductione: quia hoc modo allegaret propriam turpitudinem, vt innuit Surd. *ibi, num.* 8. quam tamen ad allegandam nullus admitti debet, *l. cum profitearis, C. de reuoc. dona. l. si creditoribus, C. de seruit. pign. dat.* Card. Mant. *de tac. conu. lib.* 13. *num.* 5 *tit.* 37. *vers. hoc autem.*

Quo fit, vt cum aliàs successor singularis teneatur in certis casibus stare locationi, tamen quando locatio est facta in frau-
3 dem, successor non † tenetur stare, prout quando fuit facta lite pendente, & in præiudicium litis pendentiæ, Ias. *in l. diuortio, num.* 32. *&* 35. *ff. soluto matrim.* quem post alios sequitur Surd. *in decis.* 172. *nu.* 8. 9. *&* 10. subdens, quod fraudulenta locatio non obligat successorem, secundum Tiraq. *de retrac. conuent. §. 3. gloß. 1. num. 16.*

Et prædicta adeò vera sunt, quod cum alias succedẽs ex sententia iudicis regulariter teneatur stare colono, tamquam successor necessarius, vt per Card. Mant. *de tacit. conuent. lib. 5. tit.* 10. *num.* 27. & per Rol. *consil.* 49. *numero 6. lib.* 2. nihilominus
4 quãdo † locatio est facta in fraudem, non cogitur talis sic succedens, perseuerare, *l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auct. iudic. possid.* Ias. *in d. l. diuortio, num.* 36. *ff. solut. matrim.* cum alijs cumulatis per Surd. *decis.* 299. *num.* 6. *&* 7.

Fraus autem in dubio non præsumitur: quia sonat in delictum, vndè alleganti fraudem, onus probandi incumbit, Rota Romana *in nouiß. diuers. decis.* 82. *par.* 1. *numero* 1. est verum, quod cum sit difficilis probationis, *l. 1. §. dolum, ff de repud.* ad

plenam

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De locatione nulla, & fraudulenta.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis non tenetur stare locationi nullę et fraudulentæ.*

2 *Facilius conseruatur id quod est factum, quàm quod de nouo est faciendum.*

3 *Successor non tenetur stare locationi factæ lite pendente.*

4 *Succedens per sententiam non tenetur stare locationi quæ fuit facta in fraudem.*

5 *Fraus probatur præsumptionibus, & coniecturis, de quibus hic.*

6 *Locatio in fraudem probatur, si sit facta ad longum tempus ab eo, qui non habet totale rei dominium.*

7 *Locatio ad longum tempus dicitur, si sit facta per decennium; quod exemplifica, vt ibi.*

8 *Tempus longum dicitur Iudicis arbitrio.*

9 *Locatio, quæ est facta ad longum tempus, non valet, nec etiam pro modico tempore.*

10 *Locare prohibitus, potest tamen fructus, & eorum commoditatem locare.*

AMplia Vltimò Cõclusionem nostram eo magis procedere, quando locatio fuit nulla, & fraudulenter facta, tũc sinè dubio successor singularis non tenetur stare huic locatio-
1 ni.† Locatio enim quę est nulla, non meretur nomen locationis, ea namque caret effectu, vndè & nomine carere debet, Bal. *in l. cum precibus, C. de probat.* sic quoque sententia, quę nulla est, non meretur appellari sententia, vt not. omnes *in l. 4. §. condemnatum, de re iudic.* ideò perinde est ac si locatio non esset facta: quia paria sunt, non fuisse factum, & nulliter factum, *l. non putauit, §. non quisquis*, vbi Bart. *de bon. poss. contra tab. l. 1. §. quod autem*, vbi Bald. *de off. Præf. Vrb. l. quoties*, vbi Ias. *ff. qui satisd. cogant.* Ea propter, nõ est habenda ratio locationis, quæ fuit

fuit nulla, vel fraudulenta: non entis enim nullæ sũt qualitates; proindè si locatio fuisset facta ab eo, cui bonis fuit interdictũ, vel à pupillo sine tutoris auctoritate, vel à minore sine debitis solemnitatibus à Statuto requisitis, vt in Statuto Rauennæ, quod vniuersaliter loquitur, procul dubio, successor non teneretur aliquo pacto stare locationi: quia non præstat impedimẽtum, quod de iure non sortitur effectum, *cap. non præstat, de reg. iur. in 6.* & in puncto decidit Surd. *decis.* 40. *num.* 6. vbi enim locatio est nulla, si diceremus successorem teneri ad illius obseruantiam, ageretur potius de noua locatione inducenda, quã de sustinendo iam facta: vndè
2 facilius † conseruatur id quod factum est, quam si de nouo aliquid fiat, *l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & l. vltima, §. penult. C. de donat. ante nupt.* Sequitur itaque quod conductor non potest obijcere de sua conductione: quia hoc modo allegaret propriam turpitudinem, vt innuit Surd. *ibi, num.* 8. quam tamen ad allegandam nullus admitti debet, *l. cum profitearis, C. de reuoc. dona. l. si creditoribus, C. de seruit. pign. dat.* Card. Mant. *de tac. conu. lib.* 13. *num.* 5 *tit.* 37. *vers. hoc autem.*

Quo fit, vt cum aliàs successor singularis teneatur in certis casibus stare locationi, tamen quando locatio est facta in frau-
3 dem, successor non † tenetur stare, prout quando fuit facta lite pendente, & in præiudicium litis pendentiæ, Ias. *in l. diuortio, num.* 32. *&* 35. *ff. soluto matrim.* quem post alios sequitur Surd. *in decis.* 172. *nu.* 8. 9. *&* 10. subdens, quod fraudulenta locatio non obligat successorem, secundum Tiraq. *de retrac. conuent. §. 3. gloss. 1. num.* 16.

Et prædicta adeò vera sunt, quod cum aliàs succedẽs ex sententia iudicis regulariter teneatur stare colono, tamquam successor necessarius, vt per Card. Mant. *de tacit. conuent. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 27. & per Rol. *consil.* 49. *numero* 6. *lib.* 2. nihilominus
4 quãdo † locatio est facta in fraudem, non cogitur talis sic succedens, perseuerare, *l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auct. iudic. possid.* Ias. *in d. l. diuortio, num.* 36. *ff. solut. matrim.* cum alijs cumulatis per Surd. *decis.* 299. *num.* 6. *&* 7.

Fraus autem in dubio non præsumitur: quia sonat in delictum, vndè alleganti fraudem, onus probandi incumbit, Rota Romana *in nouiss. diuers. decis.* 82. *par.* 1. *numero* 1. est verum, quod cum sit difficilis probationis, *l. 1. §. dolum, ff. de repud.* ad plenam

5 plenam † illius probationem sufficiant præsumptiones, & coniecturæ, Steph. Grat. *decis. March.* 102. *numero* 9. Cæsar Barz. *decis.* 83. *num.* 17. *&* 18. vt puta, si locatio fuisset facta viliori pretio inspecto tempore contractus; vel si vltrà solitum tempus, & præter necessitatẽ; vel aliàs fuisset facta cum persona consanguinea, & suspecta; vt in terminis istis declarat Surd. *decis.* 299. *numero* 6. *cum sequ.* & ex quibus possit locatio dici simulata, & fraudulenta, remissiuè Tiraquel. *de retract. conu.* §. 3. *glos. vnica, num.* 15. vbi supra citatus.

6 Signanter autem † diceretur in fraudem, si fuisset facta ab eo qui totale rei dominium nõ habet, & illa ad longum tempus esset facta, cum sit quædam species alienationis itá, vt prohibita alienatione, censeatur etiam prohibita locatio ad longum tempus, & per eam transferatur dominium vtile, reprobata glos. *in l. codicillis*, §. *instituto*, *ff. de leg.* 3. aliter asseuerãte, vt per Franc. *decis.* 123. *nume.* 8. *&* 9. immò, quod ista dicatur propriè alienatio, Menoch. *de arb. iud. Casu* 5. *lib.* 2. *Centur.* 1. *num.* 3. *&* 4.

7 Dicitur † autem ad longum tempus si per decennium locatio fuit facta, secundum glos. quam Communiter teneri *in l.* 2. *ff. si ager vectig.* testatur Peregr. *Art.* 40. *numero* 93. & Menoch. *de arbitr. iudic. d. Casu* 5. *num.* 8. Vel si sit facta ad renouandũ de quinquennio ad quinquennium, dato quod præcessisset pactum, vt per eam non transferratur aliquod ius vtile dominij in conductorem; vel quod essent tot locationes, quot sunt anni, si quid huiusmodi pacta viderentur adiecta in fraudem, & tamquam continentia repugnantiam, nullatenus attendendam fore nouissimè scribit Peregr. *d. Art.* 40. *num.* 106. 107. *&* 108.

8 Verum Communior, & verior opinio videtur, quod † in hac materia tempus longum dicatur iudicis arbitrio, iuxta Cõmunem sententiam, quam veram profitetur Menoch. *in loco citato, sub num.* 12. si tamen vis intelligere quomodo locatio dicatur ad longum tempus, non prætermittas legere Pinel. *de bon. matern. par.* 3. *num.* 63. vbi benè, & præsertim obserua, quod locatio ad lõgum tempus dicitur, si est facta ad vitam locatoris, vel conductoris, vt pluribus adductis comprobat Peregr. *d. Art.* 40. *num.* 109.

9 Illud etiã non est prætereundum, quod cum locatio † nõ valeat ad longum tempus in præiudi-

iudicium successoris, non etiam valebit pro modico tempore, secundum Peregr. *in d. Art.* 40. *sub num.* 106. & licet non adducat rationem pro confirmatione huius Conclusionis, illa tamen potissima ratione nititur: quia est vnica locatio, & indiuidua, licet sit diuisa præstatio pēsionis in plures annos, Bart. *in l. seruus cōmunis Meuij, §. fi. nu.* 7. *versic. & si fiat locatio, ff. de stipul seru.* Bald. *cons.* 316. *lib.* 3. & Socin. *cons.* 124. *num.* 1. *lib.* 1.

Denique aduertēdum, quod
10 licet † quis alienare prohibitus non possit ad longum tempus locare, poterit tamen fructus, siuè eorum commoditatem locare, & vendere, vt post Tiraq. & alios probat Peregr. sæpius citatus, *in d. Art.* 40. *num.* 110.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De venditore redimente rem sub pacto retrouendendi.

SVMMARIVM.

1 *Redimens rem cũ pacto de retrouẽdẽdo, tenetur stare locationi.*

2 *Emptor cum pacto redimendi, si locat, censetur locare de voluntate tacita venditoris.*

3 *Emptor cum pacto redimendi, tenetur transferre dominium in venditorem.*

4 *Emptor cum pacto redimendi, dicitur habere liberam rei emptæ administrationem.*

5 *Vendens cum pacto redimendi, non tenetur stare locationi si ea non sit facta bona fide per emptorem.*

6 *Succedens in plenum ius regulariter non tenetur stare locationi. Intellige, vt hic.*

7 *Res quę ex necessitate reuertitur ad suum auctorem, operatur vt non ne onus in ea appositum resoluatur.*

8 *Successor tenetur stare locationi quando translatio fit ex necessitate.*

9 *Hyppotheca dicitur præambulum, & antiphona ad alienationem.*

10 *Alienatio prohibita, non censetur prohibita locatio.*

11 *Redimens rem cum pacto de retrouendendo, tenetur ad omne interesse cõductori habenti rem ab emptore, quatenus nollit stare locationi.*

LImita Primò Conclusionẽ legis nostrę, vt non habeat
1 locum in eo, qui † rem cum pacto redimendi vendidit, & postea redemit, qui si rem locatam inuenit, tenetur stare locationi, est decisio Bald. *in l. 1. C. de iure fisci, in fine, lib.* 10. quam Cõmuniter sequuntur Doctores, vt testatur Rolan. à Valle *cons.* 49 *lib.* 2. *nume.* 2. & nouissimè Peregr. *de fideicom. art.* 40. *num.* 97. & in practica ab ea non esse recedendum: quia caret cõtradictore, vt profitetur Alex. *in l. si filio, §. si vir in quinquennium, ff. sol.*

ff.sol.matr.num. 11. *in fine.* Et ea quidem optimis rationibus fulcitur: nam eo ipso † quod emptor locat, censetur locasse de voluntate venditoris, qui si voluisset locationem impedire, potuisset rem ipsam redimere, *l.si vir vxori, ff. de præscript. verb.* quod cum non fecerit, censetur tacitè suum consensum accommodasse huic locationi, secundum Bal. *in d.l.* 1. *num.* 35. *C. de iure fisci,* quam rationem sequitur Alexand. *in loco citato, num.* 11. & pluribus congestis confirmat Surd. *decis.* 264. *numero* 11. namq; id potuisset ab initio prçuidere, & deducere in pactum, & non deduxit, argumento *l.cũ antiquitas, C. de vsufruc.* Præterea, quando singularis successor est necessarius, in quem quis cogitur dominium transferre, tenetur stare locationi prædecessoris, secũdum Bart. & omnes Scribentes, *in l.diuortio,* vbi Ias. *num.*32 *ff.sol.matr.* & in istis terminis Roland. *d.cons.*49.*num.*6.

3 Emptor † autem cum pacto redimendi, tenetur transferre dominium in venditorem vigore præcedentis obligationis, ideo venditor stare tenetur, nõ enim ista translatio dicitur voluntaria, quamuis ab initio voluntariè transiuerit in pactum, *l.*1 *ff. de pact.* quia etsi à principio contractus sint voluntarij, tamen statim, vt sunt perfecti, efficiuntur necessarij, *l.sicut, C. de act. & oblig.* Deindè quando quis habet plenam rei administrationem, si locat ipsam rem, dominus stare cogitur locationi, *l. si tutelæ, ff de administr. tut.* & in proposito Roland. vbi suprà, *in*

4 *d.cons.*49.*num.*6.7.& 8. † Emptor autem cum huiusmodi pacto, dicitur habere planam rei administrationẽ, quamdiù venditor non redemit, ideò stare tenetur, secundum Alexand. *in d.* §.*si vir in quinquennium, num.* 1. *post principium.* Et istam opinionem vti Communem amplexa fuit Rota Rom. coram R.P.D. Pęnia, *in Romana affictus,* 26. *Aprilis* 1589. in relatis per Stat. Pacific. *de Saluiano interd. decis.* 201. quam suprà posuimus extensam *Ampliatione 6.*

Quam quidem dixerunt Domini eo magis amplectendam, si bona fide, & non malitiosè fuit facta pro pretio iusto, vt ibi per eos *num.* 8. sanè non est dubium, quod † si esset facta mala

5 fide, puta, quia emptor videns quod venditor volebat redimere, & præparabat pecunias, locauit, tunc stare non tenetur, vt per Cagnol. *in l.*2.*C. de pact. inter empt. & vend. num.* 221. *verf. retenta tamen,* vel si in fine temporis à dicti ad redimendum fortè locauit in tempus, quod

O exce-

excedebat terminos pacti dati ad rediměndum, vt per Carroc. *tit. de succeß. parte 4. quæst. 12. num.* 4. non tamen prohibetur emptor locare etiam vltrà annum, dato quod in singulis annis fructus percipiantur, etsi aliter crediderit Cagnol. *in d. l. 2. num. 221. verf. 2. limita;* nam doctrinam Bald. in quo fundatur, & eius decisionem, intelligebāt Domini procedere sinè distinctione, & restrictione temporis: quia etsi text. *in d. §. si vir in quinquennium, ff. sol. matrim.* pro contrario allegatus, loquatur de anno tantum; id tamen accidit secundum casum contingētem, eo quod matrimonium ibi non durauit nisi per annum, vt ponderant Domini *in d. decis. sub num.* 10.

Nec obstat superiori Conclusione Regula Communis, quod successor singularis non teneatur stare colono, vt latè per Alexánd. *conf.* 118. *vol.* 5. & Communiter Scribentes, *in l. emptorem, C. locati.* quia ista Cōclusio patitur multas limitationes, & signanter non procedit in venditore, qui redemit rē cum pacto de retrouendendo, per rationes, & auctoritates superius allegatas.

Remouetur etiam obiectum illud, quod scilicet venditor redimens non teneatur stare loca
6 tioni † eo quod succedit in plenum ius, iuxta theoricam Doctorum, de qua per Scribentes, *in l. diuortio,* vbi Ias. *num. 34. ff. sol. matrim.* quia tametsi ista Cō clusio sit vera in se, non tamen applicatur in facti specie, in qua tacitè venditor intelligitur accomodasse suam voluntatem, vt emptor locare possit rem vēditam, dum illam non curauit redimere, vt supra satis probatum fuit, vltrà alias rationes, quæ Contrarium suadent, vt venditor omninò stare teneatur locationi.

Et hoc pacto tollitur etiam ratio deducta per Cagnol. *in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. sub num.* 220. *verf. sed contrarium,* nempè, quod retrahens vi gore huiusmodi pacti debet illam consequi liberam, sinè onere, & hypotheca, cum reuertatur ex necessitate prioris pacti, & per consequens debuerit requiri consensus venditoris: nam
7 quando † res reuertitur ad auctorem de necessitate, rescinditur omne ius seruitutis, vt per Tiraq. *de retr. conuent. glos. vnica, §. 3. num. 9.* quandoquidem, vt ponderat Card. Mantica *de tac. conuent. lib. 5. tit. 10. num. 35.* sufficit pro responsione, quod emptor ex tacita venditoris voluntate intelligatur locasse rem venditam, vt non possit à locatione

tione recedere, vt enim ille subdit quando duæ militant rationes in aliqua dispositione, quãuis vna videatur cessare; tamen sat est, quod altera remaneat, vt dispositio suum sortiatur effectum, vndè dato etiam, quod hypotheca, & omne onus seruitutis resoluatur, quãdo venditor retrahit, nihilominus remanet altera, qđ tacitè consensisse dicatur locationi, *§. affinitatis, Instit. de nupt. l. liberorum, §. 1. ff. de his, qui not. infamia.*

Sed ego retorqueo fundamẽtum contra Cagnol. & dico,
8 quod † quando translatio fit ex necessitate, omnis succedens in iure, tenetur stare locationi, glos. *in d. l. diuortio*, vbi Ias. *num. 32.* dicit, quod omnes sequuntur hanc propositionẽ, *ff. solut. matr.* huiusmodi autem retrouenditio fit ex necessitate vigore pacti pręcedentis, non autem voluntariè, vt dictũ est suprà, & in istis terminis benè deducunt Domini *in d. decis. corã Pænia in Romana affictus, sub num. 3.* ergò stare tenetur locationi.

Ad id quod dicitur, omne ius seruitutis sublatum resoluto contractu per retrouenditionẽ, necnon, & omnem obligationem cessare, vt per eundẽ Card. Mant. *de tac. conu. lib. 4. tit. 32. num. 96.* patet responsio: quia si aliter diceremus, talis hypotheca afferret perpetuum præiudicium venditori, cum per obligationem perueniatur ad alienationem, *l. 2. & 3. ff. de distract.*
9 *pign.* & † dicitur tamquàm pręambulum, & antiphona ad ipsam alienationem, *l. oratio, ff. de sponsal.* & iuremerito, cum retrouenditio fiat, non ex libera voluntate; sed ex necessitate antecedentis pacti, soluto iure debitoris, soluitur ius creditoris, *l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiecti*, vbi Bar. non sic in locatione, quæ si fiat sinè fraude, non affert perpetuum præiudicium, sed temporale, & non afficit rem ipsam; quinimmò videtur vendita, vt ex ea emptor fructus, & commoditatem eorum percipiat.
10 In † prohibitione enim alienationis, non venit alienatio, quæ fit per locationem, & per commoditatem fructuum, iuxta traditionem vulgarem, vt latissimè per Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 47.* & per Beroum *cons. 51. in 1. dubio*, non est itaque deferendum auctoritati Cagnoli, cũ habeamus tot Doctores contrarium tenentes, à quorum opinione non est recedendum in Practica, vt scribit Card. Mant. proximè citat. *lib. 8. tit. 32. num. 98. in fine*, præsertim, quia ipsemet *in d l. 2. C. de pac. int. empt. & vendit. nu. 22.*

verſ. retenta tamẽ, fatetur, quod eſſet durum in Practica recedere ab opinione Baldi, quæ vt videtis in Sacro Vrbis Auditorio, fuit recepta, reiecta illius ſententia, vt in ea habetur *num. 9.* vbi præſertim fuit improbata potiſſima ratio, quæ eum mouit, vt à Baldi ſententia recederet, vt ibi.

Et ſaltem negari non poteſt,
11 quin † redimens teneatur retrouendenti ad omnia damna, quæ conductor patitur, quatenus nolit ſtare locationi, ad exẽplum mariti, qui locauit fundum dotalem, quem vxor cogitur indemnem conſeruare, nè patiatur moleſtiã à conductore, cum tamen maritus non habeat in rebus dotalibus ſolidiorẽ administrationem, quàm habeat emens cũ pacto redimẽdi, quin potius videatur habere probabiliorem ſpem, quàm habeat maritus, quod aliquando futurus ſit dominus rei venditæ, ſi labatur tempus ad redimendum; quæ ratio non viget in marito, cum certum ſit in omnem caſum, ſe reſtituturum fundum dotalem per mortem vxoris, quamuis Cagnol. aliter dicat, ſcilicet, maritum non debuiſſe credere quod matrimonium diſſolueretur, cuius contrarium verius ex prædictis videtur, vt optimè deducunt Domini in allegata Deciſione coram Pęnia, *num. 9.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE SOCIO.

SVMMARIVM.

1 *Socius tenetur stare locationi rei communis factæ per alterum socium.*

2 *Socius in re communi dicitur habere partem in qualibet parte.*

3 *Socius potest vti tota re communi, dummodo ad vsum destinatum vtatur.*

4 *Socius, qui fundum communem altero socio inuito, & recusante facit colere, & ligonizare, non tenetur respondere alteri socio de fructibus.*

5 *In re communi cōsensus omnium sociorum requiritur. Intellige, vt ibi.*

6 *Socius tenetur stare locationi rei communis factæ à consocio tribus concurrentibus.*

7 *Socius non tenetur stare locationi rei communis, quæ non est solita locari.*

8 *Solitum inducitur per vnicam vicem.*

9 *Res, quæ commodam diuisionem patitur in totum locari non potest à consocio.*

10 *Socius in dubio intelligitur locare partem suam.*

11 *Socius cogi potest ad locandum potius cōsocio rem communem pro pretio, quod inueniri potest, quam extraneo.*

12 *Socius sine distinctione præfertur extraneo.*

1 Limita Secundò, vt † socius quoque teneatur stare locationi factæ per socium rei cōmunis pro indiuiso, vt est doctrina Bartoli multum notabilis *in l. hæc distinctio, §. cum fundum, num. 2. ff. de loc. & conduc.* quem sequitur Crauet. *cons. 319. num. 10.* post Alex. & Dec. citatos, & in terminis Borgn. *decis. 25. num. 11. & 12. par. 2.* vbi singulariter dicit, quòd istud multo magis procedit, quando locatio fuisset facta ab eo, qui est senior, & est solitus administrare bona, vt in fratribus bona communia habentibus, quo loci plures in hanc sententiam adducit; & ratio

ratio istius limitationis illa videtur esse, quod † socius in re
2 cōmuni dicitur habere partem in qualibet parte glebæ, & in quolibet angulo, iuxta glos. *in l.si familiæ, in verbo parte, C.famil.hercisc.* & sic videtur certo modo tota vnius ex socijs, quāuis communis, *l.certa, §. si duobus, ff.de leg.1.* quod enim commune est, meum dicitur, *l.serui electione, §. Labeo*, vbi glos. *in verbo communis, ff. de leg.1. l. in re communi, ff. de seruit. Vrb.præd.*
3 † vnde potest tota re vti, dummodo ad vsum destinatum vtatur, vt per Ias. *in l.serui electione, §. Labeo.num.15 ff.de leg.1.* & hac ratione socius potest domū communem totam inhabitare absque solutione mercedis erga cōsocium etiam eo inuito, quia vtitur iure suo, & re ipsa ad vsum, ad quem fuit destinata, glos. *in l.Sabinus, in verbo, constat, ff. communi diuid. & in l.arboribus, §. nauis, in vers.nauigetur, ff.de vsufruc.* quam gl. *in d.l. Sabinus*, dicit Communem Socin. *in d.§. Labeo, nume. 7.* & sic in contingentia facti fuisse iudicatum ibi testatur Ias. *num. 17.*
4 & hoc adeò verum est, quod † si duo habent fundum in communi pro indiuiso, & vnus imprudens non vult quod colatur, vel ligonizetur, alius vero faciat totum colere, & seminare, non cogitur respondere alteri socio de fructibus; quod Ias. *in d.§. Labeo*, dicit valdè notandum si est verum, *num.19.* cuius contrarium sentit ibi glos. *in 2.solutione*, quam sequitur Bart. sed primam partem tenēt Alex. *in l.1.* vbi Ias. *num. 26. C. qui testam. fac.poss.* & idem Ias. *in l.quoniā, num.162.ff.de flum.* vbi dicit, se alibi id non legisse. Marsil. *Sing. 369.* & Nat. *cons.31.nu.10.lib.1.*
5 & † iura, quæ dicunt in re cōi omnium consensum requiri, & necessarium fore in his quæ spectant ad singulos, vt singulos, vt per Franc. *decis.82.num.4.* & in locatione Gomez. *tom.2.cap.3. de loca. num.14.* non procedunt quando habens rem cōmunem, ea vtitur ad vsum destinatum, vt per Surd. *cons.43.lib.1.num.15.* vbi vtitur eo modo quo debet, potest tota vti, & frui inuito socio, nisi socius prouocetur ad diuisionem, quod datur pro cautela ad constituendum consocium in mora; vt per Granu. *theorem.2.num.6.* vel nisi impediat consociū nè sua parte fruatur, vt per Franc. *decis. 160. num.1. & 2.* vel nisi fiat ad æmulationem, vt per Bald. *in l.1.C. qui testam.fac.poss.*

6 Quod autem diximus † socium teneri stare locationi factæ per consocium de re communi, debet intelligi tribus concurren-

currentibus; scilicet, quod vtiliter faciat, quod res sit solita locari, & quod non recipiat commodam diuisionem, quoad vtilitatem, ita loquitur Bart *in d.l. hæc distinctio, §.vlt.num.2.* & eũ sic intelligit Surd. *d consil. 43. nu. 15.vers.1. respondetur, vol.1.* post Ruin. *consil. 143. num 19. lib.4.* namque socius in his quæ sunt vtilia societati, dicitur habere tacitum mandatum à socio, vt per glos. *in l.nemo ex socijs,ff. pro soc.* Vndè si inutiliter locet, quia viliori pretio, dicitur potius inferre damnũ, ideò cessat præsumptum mandatum Legis, argum. *l.per fundum,* vbi Bart. *ff.de seruit.rustic. præd.* & hoc pacto etiã intelligunt Dec. *in l.1. num.13. & 21. C. qui testam. fac. poss.* & Alexan. *in d.§. Labeo,num. 13.ff.de leg.1.*

7 Si verò † res communis non sit solita locari, vtique locatio non tenet, ideò socius stare non tenetur, Bart. *in l.serui electione, §.1.ff de leg.1.* vbi Soc. *nu.4.* Ias. *in d.l.quo minus,num.16.ff.de flu min.* & præ ceteris Menoch. *de arbitr.Casu 442.num.23.vbi nu. 24.* dicit id multum pendere ab arbitrio Iudicis, hoc enim in casu, socius locando contra solitum, non iure facit: quia nõ vtitur re communi ad vsum destinatum, quod quidem facere nõ potest in preiudicium consocij, *l.nemo ex socijs, in princ. ff. pro soc.* Soc. *in d.§. Labeo,num.4.* Ripa *nu.13.& 14.* Bald. *consi.348. num.2.lib.2.* & Corn. *consil.78. lib.4.* & dicitur mutare formã locationis, quod facere non licet, glos. magna *in l.Sabinus,ff. commun.diuid.in fine,* Paris. *cons.*
8 *63.num.6.& 13.lib.1.* † Solitum autem inducitur per vnicã vicem, Alex. *cons.5.num.23. lib.5.* & de Communi Magon. *decis. Lucana 14. num.19.* & in locatione, si vnus ex socijs alias conduxit, quod dicatur locare solitum, Granut. *Theorem.nu.2. & 3.in fine.*

9 Vbi autem † res locata recipit commodã diuisionem, non potest socius totam locare inscio, vel inuito altero socio; sed solum partem, vt post Socin. & alios scribit Menoch. *in dicto Casu 442.num.4.* Ratio enim quare socius potest totam rem locare, & consocius stare tenetur, vt decidit Borgn. *in d.decis. 25. num.16.* illa est: quia iste actus locationis pro parte expediri nõ potest, vndè socius propter perfidiam consocij, remaneret in damno, quod nõ est ferendum, vt per Gomez. *d.cap.3. tit.de locat.sub num.14. vers. tertius modus,* quandoquidem socius potest negotiũ explicare propter suum interesse, dũmodo damnum consocio non inferatur,

l.si stu-

l. fistulam, §. pen. ff. de seru. Vrb. prædiorum, Din. *in c. re communi, de reg. iur. in 6. num. 3.* & Menoch. *in d. Casu 442. nu. 18.* Hac igitur ratione indiuiduitatis attenta, socius stare tenetur locationi, vt aduertit Surd. *d. consil. 43. num. 7. vers. secundo circunscripta*, ideò ea cessante, non debet admitti socius, vt liberè socio inuito possit totam rem locare, est enim necessarius in hoc casu omniũ consensus, *l. per fundum, ff. de seruit. rustic. præd. l. fi. ff. com. præd.* alioquin socius amitteret ius suum sinè facto suo, contra iura aperta, societas namque obtinet vinculum fraternitatis, *l. verum, in princ. ff. pro soc.* ideò non debet verti in vinculum perfidiæ.

Hæc tamen debent intelligi, vt quidem socius possit totam rem locare, quatenus de hoc appareat, vel constare possit, quod eam totam voluerit locare;
10 † aliàs in dubio intelligeretur locasse partem suam, non vero partem consocij, vt per Bald. *in l. 1. num. 31. C. quando non pet. part. accresc.* Bart. *in l. prædium, in fi. C. de loca. præd. fiscal. lib. 11.* Alex. *in l. 1. num. 5. C. qui testam. fac. poss.* glos. *in l. cum proponas, C. de pact.*

Tandem in hac re illud non
11 est omittendum; quod † si vnus ex socijs vellet rem communem pro se, & dare portionem, quæ ab alijs extraneis potest haberi, ceteris omnibus deberet præferri: quia socius cogi potest ad locandum consocio, ita vt si locet alij, consocius stare non teneatur, sed præferetur socius rei communis, vt per Vrsillum ad Aflict. *decis. 238. nu. 4.* cessat enim tunc interesse alterius socij, qui non potest conqueri cum eandem recipiat portionem, quam alius est solitus dare, argumento *l. nummis, ff. de in lit. iuran.* & hoc generaliter est verum, siuè locatio fiat personæ alioquin inhonestæ, siuè
12 fiat honestæ: nam † sinè distinctione socius præfertur, quidquid sibi parum constans aliter dixerit Ruin. *in d. §. Labeo*, vt per Menoch. *in d. Casu 442. nu. 14.* cum alijs sequentibus.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE CENSVARIO.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio, quæ datur Censuario, non intelligitur cum præiudicio alterius.*

2 *Mens Papæ semper intelligitur talis, qualis debet esse de iure.*

3 *Constitutio, quæ duos effectus operari potest contra ius Commune, sat est, quod operetur vnum.*

4 *Censuarius vulgò appellatur emptor.*

5 *Lex, quæ loquitur per verba vniuersalia, intelligitur etiam cum præiudicio Tertij.*

6 *Clausula, Quorum tenores, habet vim indiuiduæ expressionis.*

7 *In censu non venditur res, sed quoddam ius colligendi.*

8 *Verba vniuersalia recipiunt restrictionem, quando à lege sunt prolata.*

9 *Censuarius non priuatur re censuata, si non requirat dominum in alienatione rei censuatæ.*

LImita Tertiò, nostrã Conclusionem in Cẽsuario, qui licet iuxta Constitutionem sanctæ memor. Pij V. habeat prælationem in emptione rei censuatæ quibuscumq; alijs ius in illa re habentibus, vt nominatim fuit dictum in vna Romana Vineæ Veneris 26. Iunij 1609. coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio, tũc Sacrę Rotę Auditore, nunc Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XV. Pontifice Maximo, & apud Card.
1 Seraph. *decis.* 1474. Illa † tamen prælatio non intelligitur concessa cum præiudicio alterius, vnde si colonus, vel conductor in illis casibus, in quibus successor singularis tenetur stare locationi, habeat ius, vt expelli nõ possit, proculdubio non comprehendit illa Constitutio hunc casum, quia intentio Papę non est in dubio intelligenda, quod velit Tertio præiudicare, *C. de constit. lib. 6.* Aegidius *decis.* 116.
2 *col.* 1. Immò † mẽs Papæ semper

P intel-

intelligitur talis, qualis debet esse de iure, vt per Cardin. Seraph. *decis. 965. num. 15.* sed in multis casibus successor singularis stare tenetur, vt not. *in l. cum filiofamilias, §. si vir in quinquennium, & in l. diuortio, ff. sol. matr.* & de materia *in l. emptorem, C. locati*. ergò prælatio ista intelligitur, vt sortiatur effectũ suum cum onere suo, & pondere, nè indebitè ius Tertij lædatur: nam, vt obseruat Cardin. Mantica *de tacit. conu. lib. 5. tit. 10. num. 36.* qui in terminis hãc quæstionem obiter tangit, Constitutio Pij V. dat prælationem Censuario in re censuata, ità, vt in emptione rei censuatæ, omnibus alijs præferatur: sed non propter hoc decernit, quod illa res transeat sinè onere: de hac enim re nec verbum quidem in ipsa Constitutione; proindè cũ sit correctoria iuris Cõmunis, *l. dudum, C. de contrah. empt.* eatenus debet intelligi, quatenus minus corrigat quam fieri possit, *c. cum dilectus, de Consuet. cum*
3 *alijs vulg.* alioquin † duo operaretur contra ius Commune. Vnum scilicet, quia quis cogeretur vendere rem Censuario, & sic ei cui non vult, saltem per indirectum, *d. l. dudum.* Alterum verò, quia Censuarius præferretur conductori, vel colono in casu, quo non esset præferendus contra doctrinas apertas, quæ dicunt, quod quãdo Statutum, vel Constitutio potest duo operari contra ius Commune, sat est, quod vnum tantum operetur, & in vno tantum verificetur, vt minus offendat ius Commune, quam sit possibile, Osac. *decis. 167. nu. 22.* & Rot. Rom. *decis. 432. in nouiss. diuers. par. 1. num. 10.* Vndè sufficere debet quòd constitutio det prælationem, & non aliud.

In hoc tamen est aliqualiter immorandum, quia ista limitatio videtur dubia, nã sicut emptor stare non tenetur locationi, *d. l. emptorem, C. locati*, ita ne-
4 que † Censuarius, qui emptor, communi idiomate nuncupatur, vt per Felicia. *de Cens. lib. 1. c. 4. num. 7.*

Præterea, Pontifex in ea Constitutione loquitur per verba multum vniuersalia, ibi: Volumus dominum census omnibus alijs præferri; quæ dictio, nihil excludit, *l. à procuratore, C. mand. c. solite, de maior. & obed.*
5 ergò † intelligitur, vt etiã præferatur in præiudicium conductoris habentis ius illam retinendi, maximè quia dictio (omnibus) est coniuncta signo vniuersali ab homine prolata, quo casu non recipit restrictionem, per ea, quæ scribit Peregr. *de fideicommiss. art. 24. num. 42.* stante

præfer-

præſertim Clauſula derogato-
6 ria,& † Clauſula Quorum teno res, quæ multum valent ad detegendam voluntatē diſponentis,& habent vim indiuiduę expreſſionis, etiam in materia ſtricta, vel alioquin odioſa, Gabr. *de verb. ſignific. Concluſ.* 4. Dec. *in l. vnica, in* 1. *not. C. de errore calculi,* Rota Rom. *deciſ.* 388. *num.* 4. *cum ſeq. par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 54. *num.* 17. *& infra par.* 2. Ripa, *in c.* 1. *num.* 54. *&* 55. *de Reſcript.* & Gabr. *de reg. iur. Concl.* 9. *num.* 6. *cum alijs pluribus.*

Verum non eſt recedendum à firmata limitatione ex rationibus ſuperius ponderatis: quia quando dicimus ſucceſſorē non teneri ſtare locationi, intelligimus ſuppoſitis terminis habilibus: nam quando de aliquo diſputatur, cetera habilia ſupponitur, ſcilicet quādo non ſumus in caſu limitationis, prout eſt limitatio noſtra, neque ex aduerſo ponderata obſtare poſſunt præſenti limitationi, &c.

Primò, nō eſt verum, qđ cenſuarius ęquiparetur emptori: nā licèt ſupponaž res aliqua ſubiecta huic oneri, vt correſpondeat
7 cenſui, tamen re vera † in cenſu nō venditur res, neque fructus, ſed ſolum quoddam ius percipiendi inhærens rei, vt per eundem Felicianum *vbi ſuprà citatum, num.* 5. *&* 6.

8 Et tametſi † verba d. Conſtitutionis ſint vniuerſalia, nihilominus, quia ſunt prolata à Lege, recipiunt reſtrictionem de habilitate, Honded. *conſil.* 90. *lib.* 1. *num.* 24. *&* 25. nè alioquin inducatur legum correctio, Curt. iun. *conſ.* 61. *num.* 42. & Rolan. *conſ.* 61. *nu.* 44. *vol.* 1. Vnde hoc reſpectu videmus non fuiſſe intentionem Papę, quod voluerit ei præiudicare, qui ius habet ex alia lege, nè quis damnum patiatur, & merito verba dictæ Conſtitutionis, debent limitari, & reſtringi ad interpretationem legalem, nè alioquin à Sapientibus mereretur reprehendi, iuxta doctrinam Bart. *in l. ſtipulatus ſum, ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. non dubium, C. de legib.* Tiraq. *de retrac. lign. §.* 1. *gloſ.* 7. *num.* 28. *&* 29. & Iaſ. *in l. fideiuſſor, §. Prætor ait, ff. qui ſatiſd. cogant.*

Nec ęquiparatio, quam nonnulli adducunt de emphyteuta cum Cenſuario ſatisfacit, vt per Card. Mantic. citatum, ſi quidem Concluſio quod dominus directus ſtare non teneatur locationi factæ per emphyteutam, quatenus culpa propria res ſit deuoluta, vt alibi diximus, eſt vera; ſed emphyteuta in hoc non eſt ſimilis Cenſuario, namque emphyteuta ſi rem vendat domino irrequiſito, ità demum cadit à iure ſuo, ſi dominus vult,

& tunc dominium directũ consolidatur cum vtili, *l. fi. C. de iure emphyt.* Vndè subintrat Reg. quòd resoluto iure emphyteutæ, resoluitur, & hypotheca conductoris: idcircò pôt conductor expelli à domino directo, iuxta vulgatas regulas, quòd resoluta hypotheca, amplius non dicitur ius durare in re; non sic in eo, qui rem censualem conduxit, quandoquidem
9 † Censuarius per alienationem rei censuatę non priuatur re, si non requirat dominum, & per consequens hypotheca conductoris non dissoluitur: quia re vera dominus census non habet, neque dominium vtile, neque directũ: sed duntaxat habet quandam prælationem in ipsa re censuata ex Constitutione Pij V. quæ (vt suprà declarauimus) recipit hunc sensum, vt intelligatur sinè alterius præiudicio, qui ex alia Lege habet ius in re; & pro hac parte testatur Cardinalis alias de facto requisitus consuluisse *in loco citato, num. 36. in fine*, cuius opinioni ego quoque libenter accedo.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De filio ſuccedente in Legitima, & bonis aduentitijs.

SVMMARIVM.

1 *Filius tenetur ſtare locationi paternæ in bonis aduentitÿs finito vſufructu.*

2 *Fructus, qui proueniunt poſt mortem, reſeruantur ſucceſſori.*

3 *Pater habet plenam adminiſtrationem, nedum reſpectu bonorum, ſed etiam reſpectu ſucceſſoris.*

4 *Locatio facta à patre ad longum tempus, non obligat filium ad obſeruantiam.*

5 *Patri interdicta eſt alienatio bonorum aduentitiorum filÿ.*

6 *Pater priuatur adminiſtratione ob alienationem bonorum aduentitiorum, ſed non ob locationem ad longum tempus.*

7 *Filius hæres patris tenetur ſtare locationi factæ à patre de bonis aduentitÿs.*

8 *Filius hæres cum beneficio Legis, tenetur obſeruare locacionem à patre factam de bonis aduentitÿs.*

9 *Filius in Legitima an teneatur ſtare locationi, diſtingue vt hic.*

10 *Filius non tenetur ſtare locationi in Legitima, quatenus velit præſtare cautionem.*

1 LImita Quartò, in † filio, qui reſpectu bonorum aduentitiorum à patre locatorum tenetur ſtare locationi, & illam ſeruare, etiam finito vſufructu. Pater namque præſumitur pro filio bonum capere conſilium; & quod propterea vtiliter locet, de illo enim Lex multum confidit, *§. fin. Inſtit. de noxal. l. iſti quidem, ff. quod met. cauſa.* Vnde cum pater a Lege habeat plenam adminiſtrationẽ in iſtis bonis, eorumq; ſit vſufructuarius, *l. 1. C. de bonis matern. l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* conſequens eſt, vt locationem à patre factã improbare non poſſit, Gomez. *tit. de loc. cap. 3. num. 8. verſ. ſecunda Concluſio,* vbi quandoq; s habet nomine eius cuius bona

bona administrat, plenam administrationem, finita administratione tenetur stare cõtractui locationis, & in puncto tenuit Pinel. *de bon. mat. l. 1. p. 3. nu. 63.*

Ego tamen considero, quod text. *in l. emptorem, C. locati*, non obligat successorẽ, vt teneatur stare locationi factæ à prædecessore. Pariter animaduerto, quod vsufructuarius finito vsufructu, non obligat proprietarium, *l. si quis domui, ff. locati, cũ*
2 *ibi not.* Accedat, quod † regulariter fructus prouenientes post mortem reseruantur successori, *c. relatum, de testam. c. præsenti, de offic. ordin. lib. 6.* ideò pari ratione ad exemplum istorum non videtur, quod filius remaneat obligatus finito vsufructu ipsius patris.

Ceterum text. *in d. l. emptorẽ*, loquitur in venditore, qui potuit reseruare ius conductoris, & non reseruauit, quæ ratio cessat in patre, q. locauit & facultate sibi à lege attributa propter administrationem, quam habet respectu successoris, Abb. *in c. quærelam, ne prælati vic. suas, sub num. 8. vers. sed contra prædicta.* Et quod dictum est de vsufructuario, non habet obstare, qui
3 † tametsi habeat plenam administrationem, respectu vsusfructus, non tamen habet plenam administrationem respectu rei, & successoris, prout habet pater in bonis filij. Simile videmus in prędio dotali locato per maritũ constante matrimonio, cui, soluto matrimonio antè finitam locationem, vxor stare tenetur: quia vir habet plenam administrationem rei, non etiã vsusfructus, & personæ ipsius vxoris; vt magistraliter declarat Abb. *in d. c. quærelam, sub nu. 8. vers. si verè clericus*, & hoc etiam pacto soluitur obiectũ de fructibus, qui debent reseruari successori, nisi prædecessor habeat plenam administrationem rei, vt dictum est.

4 Est verum, quod † si locatio esset facta ad longum tempus, non obligaret filium ad obseruantiam, vt prosequitur Pinel. *in d. l. 1. vers. alia inspectio*, quo loci declarat, quæ locatio dicatur ad longum tempus ad istum effectum, & signanter in proposito scribit, quod si locatio sit facta sinè præfinitione certi temporis, censebitur ad breue tempus, scilicet ad vnicum annum, per text. *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati.* mouetur insuper Pinel. ꝓ declaratione istius limitationis *sub num. 64.* hac ra-
5 tione, † quod patri interdicta est alienatio bonorum aduentitiorum filij, ergò & locatio ad longum tempus, quæ alienatio dicitur, vt pluries diximus in

hoc

hoc Tractatu, reprobata glos. *in l. codicillis, §. instituto, ff. de leg. 2. in ult. not.* quæ Communiter nō tenetur, vt ibi per eum; potest tamen saluari illa glos. vt idem subiungit quo ad euitandam pęnam: nam tametsi alienatio irritetur, non tamen committitur pęna, quo ad illum effectū; glos. *in Clem. 1. de consang. & affinit.* & per Ias. & Dec. *in l. 2. col. fin. ff. de iurisd. om. iudic.* ista enim extensio fit de Lege pęnali certo respectu, ideò non extenditur pęna, iuxta opinionē eorum quos recenset Ias. *in l. 2. ad finem, ff. de in ius vocan.* & aliorum, de quibus per Pinel. quo
6 fit, vt secundum eum † licet pater quādoque ob alienationem aduentitiorum soleat administratione priuari, non tamen remouebitur ob longam locationem, cum pęnæ sint restringendæ, neque committantur præterquā in casibus à iure expressis, ut ibi; posset etiam in alio casu saluari dicta glos. secūdum aliquos ab eo citatos, si fuisset adiectū pactum ne in conducto rē aliquod ius reale transferratur; à qua tñ saluatione dicit cauēdum esse, cum nunquam, uel raro daretur locatio ad longum tēpus; & Lex potius esset imposita uerbis quàm rebus, cum tñ debeamus respicere effectum, & non uerba, *l. si verò, ff. locati.*

Quod autem dictum est, filium non teneri ad obseruātiam locationis, si sit facta ad lōgum tempus, procedit, nisi filius sit
7 hæres patris, quo † casu stare tenetur: nā contractus locati transit ad hæredem, *l. si duo, §. finali, ff. locati.* vndè intrat Reg. quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, vt in terminis scribit Bald. *in l. 1. C. de iure fisc. lib. 10. nu. 34.*

Quinimmò idem dicendum esset, si filius accepisset hæreditatem cum beneficio Legis, &
8 Inuentarij, † quia beneficium Inuentarij non debet esse sicut herba Betonicę, sed sat est quod conseruet hæredem sinè damno, vt per Cæsarem Barz. *decis. Bonon. 64. num. 54. & 55.* quoties enim vires hæreditatis suppetunt, hæres tenetur approbare factum defuncti, dato, quod sit hæres beneficiatus pro modo emolumēti, quod hæres consequitur, vt de Communi testatur idem Barz. *ibi.* Honded. *cōs. 3. vol. 1. num. 47. cum seqq.* in his enim quæ sunt trāsitoria ad hęredes, vt est locatio, pater potest præiudicare filio, neque quidquam operatur Inuentarium, vt per eundem Barz. *num. 34.*

Respectu verò Legitimæ, an filius teneatur stare locationi in re sibi assignata, reperio Carroc. *de loc. p. 4. tit. de success. q. 15.* con-

concludentem, quod sic, per doctrinam Baldi, *in l. si quas ruinas, C. de sacrosanc. Eccles.* qui in meo Codice hoc nō dicit, Borgnin. vero ab eodem allegatus, nihil allegat pro confirmatione istius opinionis, ego tamen reperio Bald. in terminis, *in l. 1. C. de iure fisci, sub nu. 3* 4. aliter dicentem, licèt obscurè: ex cuius di-
9 ctis mihi videtur † distinguendum; quod aut filius agit, vt cōsequatur suam Legitimā in aliqua re particulari, nec habet necesse vti aliqua actione reuocatoria, & tunc potest expellere colonū, nec stare tenetur: quia habet ius in illa re, nisi fuisset sibi legata Legitima, cum prohibitione, nè posset plus petere, vel habere, & minus esset in legato, quàm in Legitima: quia tunc agnoscendo legatum, non esset amplius agēdum de Legitima, *l. nam absurdum, ff. de bon. libert.* ideò sibi præiudicat quasi per tacitam renuntiationē, & licèt de Legitima reiciatur onus, hoc tamen intelligitur, secundū Bald. pluribus modis, & signanter quādo relinquitur Legitima iure institutionis, non iure legati: quia tametsi filius remaneat præteritus, & Lex tollat huiusmodi grauamen, non tamen tollit onus, quod quis agnoscendo legatum acceptat, vndè sibi est imputandum potius, & non Legi.

Aut non habet ius in re, sed in quota bonorum, & ab hærede petit, & sic habet necesse vti actione reuocatoria, puta, quia pater alienauit omnia bona, & tūc stare tenetur locationi; quādo aūt non habet necesse proponere reuocatoriam actionem, sed agit cōtra hæredem ad supplementum suæ Legitimę, tunc non tenetur stare colono: quia filius non est obligatus ad patiendum frui licere; subdit tamen Bal. quod nō ob id dicitur finita locatio, nisi caueat filius de hęredē patris indemnem con
10 seruādo, & sic causatiuè: † quia Legitima non debetur secundū eum in re locata, quando ius æris alieni præcedit, quod est potētius ipsa Legitima, vel nisi filius probet fraudem, vt se ab huiusmodi onere possit subleuare, & Baldum sequitur Steph. Grat. *discept. forens. p. 2. c. 247. num. 45.* licèt simpliciter pertranseat.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De successore indigente re locata.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis tenetur stare locationi, etiam si ipsa re locata indigeat, & nu.8.& 10.*

2 *L.ædem, C.locati, declaratur, & num.9.*

3 *Hypotheca, quam habet inquilinus pro obseruantia rei locatæ, dissoluitur superueniente necessitate locantis.*

4 *Natura locationis est, vt locator possit à locatione recedere pro indigentijs proprijs.*

5 *Hypotheca apposita in contractu addit maiorem vim, sed non alterat ipsum contractum.*

6 *Clausulæ etiam amplissimæ regulantur secundum naturam contractus cui apponuntur.*

7 *Promissio de non expellendo conductorem pendente tempore locationis, non comprehendit casum necessitatis propriæ.*

LImita Quintò, vt etiam singularis successor teneatur stare conductori, habenti bona obligata, quousque sibi saluatur
1 interesse, † dato etiã quod successor indigeat ipsa re locata pro sui necessitate, & indigentijs, contra textum *l.ædem, C.locati*, quæ permittit expulsionẽ locatori ob sui necessitatem, est doctrina in terminis Sicul. *in c. propter sterilitatem, extra locati*, vbi quod si inquilinus habet obligata bona locatoris, non poterit expelli à locatore, qui domo indiget, nisi sibi satisfiat de pęna, & interesse, & allegat nota per Bart. *in l.emptorem, C.locati.* & hoc idem tenere videtur Alex. *in l.cum filiofamilias, §. si vir in quinquennium, nu.3.ff.sol. matr.* vbi dicit, quod non recordatur se id alibi legisse; reperio tamen Natt. *in cons. 426. nu.8. cum seq.* expresè reprobantem Siculum, quod immò non sit sublatum locatori beneficium *d.l. ædem*, etsi obligàuerit bona sua pro manutentione locationis,
2 † inquit enim quandò superuenit necessitas, quæ non suberat

tempore contractus, prout sic intelligunt Doctores illum textum, vt per Gabr. *de locat. Concl. 3. & 6.* dissoluitur cōtractus ob superuenientem casum necessitatis inopinatæ; igitur etiā dissoluitur hypotheca, quæ vti accessoria ad contractum principalem, non potest requiescere absque principali, *l. contractum, l. itē liberatur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* Si itaque dissolutus intelligitur cōtractus principalis, consequens est dicere,
3 vt † etiam intelligatur dissoluta ipsa hypotheca, nec ideò poterit aliquem effectum operari, vt inquilinus rem possit retinere in casu necessitatis eminentis, quousque sibi offeratur interesse; & respondet ad doctrinam Bart. *in d. l. emptorem, C. locati*, quod inquilinus potest rem locatam retinere in eo casu, ratione suæ hypothecæ aduersus singularem successorem: quia locatio, & contractus non est dissolutus, sed durat, & consequenter durat virtus hypothecæ, quod non accidit in casu superuenientis necessitatis, quæ (vt dixi) facit contractum resoluere; & quod verum sit, subiungit ipse, ex hoc coniicitur: quia inquilinus habet actionem personalem ex conducto contra locatorem ad interesse, *l. qui fundū, l. si merces, §. 1. ff. locati*, quod alias non haberet; & dicit, quod nemo antiquorū Doctorum tetigit hāc quæstionem: quia pro certo habent, non posse inquilinum ratione suæ hypothecæ aliquid prætendere in casibus, de quibus *in d. l. ædem*, cum contractus sit, & intelligatur dissolutus, & principalis obligatio sublata; & hoc idem aduersus Cumanum, Arnoldum, & alios, in terminis tenet Couar. *Var. resol.*
4 *lib. 2. cap. 15. num. 4.* quia † cum sit de natura locationis, vt locator pro suis indigentijs, possit à locatione recedere, ita neque hypotheca potest alterare naturam eius, quam ex iuris permis-
5 sione concedatur: † quandoquidem hypotheca addit maiorem vim, & efficaciam, sed non alterat, Gab. *de Clauf. Concl. 10.* Put. *decis. 1. num. 2. lib. 1.* Ideò videmus, quod si contractus de sui natura sit reuocabilis, Clausula accessoria efficitur etiam reuocabilis, *l. sub conditione, ff. de bon. poss. contra tab.* Glos. *in l. si patronus, in verbo, Fauiana. ff. si quid in fraud. patr.* Ias. plura referens *in l. testamento, num. 1. & infrà, C.*
6 *de fideicommiss.* Et licèt † Clausulæ sint amplissimæ, regulantur tamen iuxta naturam principalis dispositionis, & contractus, cui apponuntur. Bald. *in l. absenti, in fine, ff. si cert. pet. & in Rubr. C. de contrah. empt.* & in puncto loca-

locationis est text. *in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati*. Hinc, qui promisit soluere legata, intelligitur salua deductione Falcidiæ, vt per Doct. *in l. fin. C. ad leg. Facid.* Sic etiam maritus, qui promisit dotem restituere matrimonio soluto, habet hunc sensum, saluo lucro Statuti, vt per Alex. *in cons. 133. col. 1. lib. 5.* & per Roland. *de lucro dot. q. 37.* & magis proximè ad terminos nostros dicunt Doctores, quod si
7 † locator nominatim promisit non expellere cōductorem pendente tempore locationis, non videtur recessum à natura locationis ex huiusmodi promissione, vt nō possit inquilinus expelli propter casum cōtingentis necessitatis: quia illa promissio ēt si non fuisset expressa, subintelligitur ex sui natura, & proptereà expressio nihil operatur, cū potius videatur facta gratia dubitationis tollendæ, & ad maiorem declarationem, quæ ideò non lædit iùs Commune, *l. qui mortuam, ff. mand.* quidquid aliter senserit Angel. *in d. l. ædem*, quem reprobat Natta *d. consil. 416. num. 8.* & Couar. *cit. num. 4. in fine*.

Verum etsi reprobatio aduersus Siculum, Cumanū, & alios, ex prædictis rationibus sustineri possit, respectu ipsius locatoris, tamē limitatio nostra optimè defendi potest aduersus sin-
8 gularem successorem, † qui nec etiam pro suis indigentijs poterit expellere inquilinum, & conductorem (vt dixi) habentē bona obligata, nisi soluto interesse, vt in terminis decidit Osasc. *decis. 156. nu. 2. in fine.* Et quamuis Alexan. videatur restringere hanc declarationem in donatario, vt teneatur stare locationi, dato quod ipsa re indigeat, si conductor habeat bona obligata, vt per eum, *num. 3.* nihilominus Couar. *in d. c. 15. lib. 2. nu. 4.* idem firmat dicendum in quocumque alio singulari successore, vt stare teneatur propter hypothecam, etiam data necessi-
9 tate, eo † quia text. *in l. ædem*, dicit, quod conductor potest expelli à domino, & non dicit ab alio, vt ponderat Couar. nisi sit hæres, & successor vniuersalis, qui repræsentat personam locatoris; ideò beneficium legis nō transit ad alios, alioquin si contrarium diceremus, aperiretur via fraudibus, quibus est obuiandum, cum plerumque bona locata darentur indigentibus ad expellendum locatorem, & sic fieret fraus legi, quod non est ferendum, vt ibi per eum, qui in fine tenet huiusmodi distinctionem, vt locator possit superueniente casu necessitatis, expellere inquillinum habentem bona

pro manutentione locationis obligata: secus verò in singulari successore, quod æquius videtur.

Ceterum, animaduerto, quod si huiusmodi beneficium datur locatori, qui iurauit, & obligauit bona sua, & sic reperitur strictiori obligatione deuinctus, ad not. per glos. *in l. si pecuniam, in vers. necesse, ff. de condict. causa data*, & Alexan. *cons. 89. num. 5. lib. 7.* & Guido Papa *decis. 627.*
10 quanto magis † debet dari tertio singulari successori, qui ad talia se non obligauit, nec iurauit, argum. *l. fideiussor, §. si necessaria*, vbi Bart. *in principio, ff. qui satisd. cogant.* Vndè in hoc maior ratio militare videtur, vt pro sui necessitate possit inquilinum expellere; nisi dicamus pro solutione huius difficultatis, quod successor singularis non contraxit hac mente, vt colonum eijcere posset in casu necessitatis, prout ipse locator fecit ab initio, per ea, quæ in simili scribit Negusant. *de pignor. 5. parte, memb. 3. sub num. 30.* ideò propter hypothecam quam habet inquilinus omninò stare cogitur, eo quia alia lege obligatur, vt omninò debebat obseruare locationem.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De successoribus Rectorum Hospitalis, Conseruatorum Antianorum, aut Priorum Ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Successores Rectorum Hospitalium, Administratorum, & Priorum Ciuitatis, stare tenentur locationi factæ per eorum antecessores.*

2 *Conseruatores deputati à publico, dicuntur habere liberam administrationem.*

3 *Consules artium non possunt facere aliquem contractum præiudicialem in damnum Vniuersitatis, nisi habeant ad id speciale mandatum.*

4 *Consules artium, non dicuntur habere liberam administrationem.*

5 *Administratores publici, possunt transigere, & valet translatio.*

6 *Quilibet administrator à Lege, vel ab homine canonicè constitutus, locare potest, & omnis successor tali locationi stare tenetur.*

7 *Donatio non cadit sub legitima administratione.*

8 *Prælatus transigendo, non potest debitum liquidum remittere.*

9 *Locatio facta ab administratoribus viliori pretio, rescindi potest.*

10 *Donare de alieno est ambitiosum.*

Limita Sextò, in his, qui succedũt Rectoribus Hospitalium, Administratoribus, Prioribus, aut Antianis Ciuitatum, qui tametsi constituti sint ad certum tempus, & locauerit bona Ciuitatis, vel Hospitalis, tamen locatio sustinetur, etiam
1 finito eorum officio, † & succedentes illi stare tenentur. Cum
2 † enim isti Priores, & Ciuitatũ Con-

Conseruatores, sint electi à Populo, & à Consilio generali, dicuntur habere liberam administrationem, vt per Ias. *in l. præses, nu.8. C. de transact.* & dicuntur constituti ad peragenda negotia Reipublicæ, & tacitè ad id præpositi, vt probat text. *in l. procuratores, C. de Decurion. lib.*
3 10. non † enim habentur veluti Consules artium, qui non possunt facere aliquem cõtractum præiudicialem, nisi speciale mandatum habeant à suo Collegio, vt scribit Bald. *in l. item magistri, ff. de pact.* quidquid Contrarium dixerit Castrens. *in l. rescriptum, §. plerumque, in fine, ff. de pact.* quia opinio Contraria est verior, & tenenda, vt per glos. *in l. item magistri, ff. de pact.* vbi dicit, quòd in istis requiritur speciale mandatum ad hoc, vt præiudicent eorum Vniuersitati: tales namque electi ab Vniuersitate non habente territorium, vt puta ab Vni-
4 uersitate scholarium, † non dicuntur habere liberam administrationem, nec habentur vt legitimi administratores, secundum Ias. *in d. l. præses, num.9. C. de transact.* sed in istis deputatis à Consilio generali, repræsentantibus totum Populum, aliter statutum est: quia loco dominorum habentur, & æquiparantur tutoribus, & curatoribus habentibus mãdatum cum libera, *l. numerum, §. defensores, ff. de muner. & honor.* vt not. Alexand. *in d. l. præses, C. de transact. sub num.2, vers. limita.* Vn-
5 dè hac ratione videmus, † quod isti publici administratores, possunt trãsigere, quamuis in transactione requiratur speciale mã datum, vel illud cum libera, vt ibi per Ias. *nu.7.* quod nominatim tenet glos. *in l. mandato generali, in glos. finali, ff. de procur.* & subdit Ias. quod tales administratores, dicuntur habere generale mandatum à Lege, cum libera, & propterea eis datur facultas expediendi omnia ea, quæ mandatum speciale requirunt, vt etiam declarat *num.10.* Proinde non est mirum, si locare possunt, & locationi stare teneantur eorum successores, vt in terminis Priorum Hospitalis, & Ciuitatum tenet Couar. *Var. resolut. lib.2. cap.15. in fine, vers. sic sanè,* & Peregrin. *de fideicommiss. Art.40. num.98.* vbi
6 quod istud procedit † in quocumque administratore bonorum, à Lege, vel ab Homine dato, ac legitimè, & canonicè constituto ratione officij res alienas gerente, auctoritate publica, vel priuata personam fictam, vel veram repræsentante, quorum successores tenentur præcisè ad obseruantiam lo catio-

cationis, etiã finito officio suorum antecessorum; alioquin eorum potestas esset multum fallax & damnosa, cum tamen nullus sub fide publica sit decipiendus.

Ceterum prędicta intelligenda sunt, cessante fraude, & collusione: nam si tales Administratores, Priores, aut Antiani, vellent donare, aut viliori pretio, quam par sit, locare, nón vtiq; eis donandi facultas
7 permissa censeretur: quia † id non cadit sub legitima administratione, cum, vt dicit Castrens. *in d.l.præses, num.* 1 *.in fine,* hoc potius esset perdere quàm administrare, quod semper in qualibet administratione censetur exceptum, *l. contra iura, in fine, ff. de pact.* exemplo dicimus, quòd nec isti publici administratores possunt remittere debitũ liquidum, quia id non venit in mandato generali, etiam cum libera, aliàs posset appellari euidens dilapidatio, *l. filiusfamilias, in principio, ff. de donat. l. si quis delegauerit, ff. de nouat. cum concordantibus, de quibus* per Ias. *in d.l. præses, sub numero* 12. Sic
8 † etiã in Prælato dicimus, quod transigendo, vel donando, vel aliter lædendo, non potest præiudicare Ecclesiæ, vt Communiter not. *in l. iubemus, C. de sacrosanct. Eccles. & in cap. delictum, de reg. iur. in* 6. non enim delictum Prælati, & tutoris, vel alterius administratoris, obligat Ecclesiam, pupillum, vel aliam Vniuersitatem, vt per Dinum, *in d.cap. delictum, num.* 1. quo loci æquiparat ad istum effectum pupillum, & Ecclesiã, siue Vniuersitatem, subdens *numer.* 2. quod ex dolo Prælati, vel tutoris, aut alterius administratoris, non tenetur Ecclesia, & pupillus, nisi quatenus ad eos peruenerit, quemadmodum tenetur quælibet Vniuersitas, quatenus ex delicto eius, qui Vniuersitati præest ad eam peruenit: tunc enim non dicuntur pati damnum, quatenus dicitur diminutio patrimonij, vt *l.* 2 *. ff. de damn. infec.* eo quod non restituunt quidquam de suo, vt ibi per Dinum. Et in puncto, quod isti administratores non possint bona viliori pretio, &
9 mercede locare, † alioquin locatio debeat rescindi, decidit Bart. *in l. ambitiosa, sub num.* 1. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* vbi ponderat, quod ista dicitur quędam relata donatio, quæ non est permissa, vt dictum est. Vnde iure merito huiusmodi Decreta Decurionum vti ambitiosa, debent aboleri, veluti etiam obseruat Castrens. *in d.l. præses,*

*præſes, num.*4. & parum antea dicit, quod iſti Conſeruatores rerum publicarum, qui volunt donando, facere alicui gratiam, vt ſibi quærant amicitiam, dicuntur ambitioſè ſe gerere, eo
10 quia † donare de alieno, aliud non eſt niſi ambitio, vt ibi per eum; & quod ſucceſſores talium adminiſtratorum non tẽneantur ſtare huiuſmodi locationibus colluſiuis, & fraudulentis pro longiori tẽpore quàm fieri debuerant, hoc præter alios in terminis nouiſſimè tenet Galganet. *de tut. & curat. lib.*3. *quæſt.*56.*num.*4.& 5.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Succeſſore in Ducatu, in Principatu, aut Iuriſdictione.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in Principatu, territorio, aut Iuriſdictione, non ligatur conuentionibus initis cum anteceſſore, niſi quando onera ſunt realia. Intellige, vt hic.*

2 *Conuentio, quæ perpetuam obligationem inducit, ſeruari debet, & obligat ſucceſſorem.*

3 *Statuta facta per Principem per modum pacti cum ſuis ſubditis, obligant ſucceſſorem.*

4 *Succeßor in Principatu ex noua cauſa, poteſt recedere à conuentionibus ſui prædeceſſoris.*

5 *Succeßor quilibet habens cauſam ab eo, qui alicui conuentioni eſt obnoxius, ei ſtare tenetur.*

6 *Succeſſor in Ducatu, & Principatu, tenetur ſtare locationi factæ per ſuum prædeceſſorem.*

7 *Contractus Principis obligat ſuũ ſucceſſorem.*

8 *Succeſſor in dignitate per electionẽ, non tenetur ſtare locationi.*

9 *Succeſſor non tenetur ſeruare contractus ſui prædeceſſoris, qui tẽdunt in diminutionẽ Iuriſdictionis, niſi diminutio ſit modica.*

LImitatur Septimò Concluſio noſtra in Succeſſore Principatus, territorij, aut Iu-
1 riſdictionis: nam etſi † ſucceſſor ſingularis non poſſit ligari conuentionibus initis cum anteceſſore, niſi quãdo onera ſunt realia, vt ſcribit Bald. *in l emptorem, in principio, C. locati*, & Bart. *in l. Mela, §. fin. nu. 3. ff. de alim. & cibar. leg.* & Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. c. 2. num. 5.* non tamen infertur ad bonam conſequentiam, pacta, & obligationes non ſunt reales, ergò non trãſeunt ad ſucceſſorem; ſi quidem iſta Concluſio pugnat cum Regulis iuris, præſertim contra text. *l. venditor ff. comm. prædior.* vbi licet non poſſit imponi ſeruitus mari, tamen ſi vni prædio ſit impoſita ſeruitus, ne contra alium fundum piſcatio exercea-

tur, lex feruari debet tàm ab eo, qui illā recipit, quàm per illius fuccefforem. Et fubdit Iurifcōfult. ibi, ad tollendam omnem dubitandi anfam, perfonas tam poffidentium, quam illorum, qui in ius eorum fuccedūt, obligatas remanere propter pactū, & legē ftipulationis. Ex qua ratione poteft inferri, quòd per
2 † conuentionem, quæ perpetuam obligationem inducit, fucceffor tenetur ftare pactis, & conuentionibus prædecefforis, vt in terminis Dec. *conf.* 262. & Parif. *conf.* 27. *num.* 153. *lib.* 1. & multum cōfert in propofito doctrina Bart. *in l. quod femel, ff. de decret. ab ord. faciend.* & iuremerito, fi † Princeps, vel alius habens iurifdictionem, fecerit Statuta per modum pacti cū villicis, & hominibus Caftri, prout fieri poffe huiufmodi Statuta cum domino tradiderunt Bart. & alij Communiter, *in l. omnes populi, quæft.* 1. *ff. de iuftit. & iure*, obligat fuccefforem, qui tenetur obferuare gefta fui prædecefforis, quatenus pertineat ad officium, & dignitatē fuam. Bald. & Moder. *in l.* 1. *ff. de Conftit. Princip.* Brunus Afienf. *in conf.* 1. *col.* 4. *poft medium*, cū alijs adductis per Ofafc. *decif.* 139. *nu.*
4 8. *&* 9. vbi tamen, † quod ex noua caufa recedere poteft fuccedens in Comitatu, aut Principatu, puta propter ingratitudinē eorum, qui contraxerint: aliàs fine caufa non poteft recedere; vt per eum *num.* 12. ideò fummopere debet Princeps animaduertere fi cupit eius mandata à fuis fuccefforibus obferuari, vt prædecefforum fuorum mandatis, pactis, & conuentionibus libentiffimè obtemperare curet, *cap. iuftitiæ*, 25. *quæft.* 1. quia nō obferuando, præbet anfam alijs fuccefforibus, vt eius quoque conuentiones, & ordinamenta fpernantur, *c. inftitutionis*, 25.
5 *quæft.* 2. † ideò locationem obferuare debet quæ minus eft, vt in fucceffore Principatus fcribit Surdus *decif.* 326. *num.* 5.

Quod procedit, dato quod Princeps anteceffor aliquid cōdiderit fiuè per viam pacti, aut conuentionis, fiuè per viam priuilegij, & contraueniendo, dicitur fibi ipfi contrauenire, cum femper fit vnus, & idem Principatus, vt dicit Bald. *in conf.* 326. *col.* 3. *lib.* 1. Et certè in Statutis conuentionalibus, quæ habent vim contractus, nō eft locus dubitādi, quin fucceffor remaneat obligatus, ità, vt extendant vires etiam extra territorium, fecundum Marfil. *in l. fin. nu.* 73. *ff. de iurifd. omn. indic.* & tales conuentiones debent etiam feruari in illis locis, qui sūt de pertinentijs, & annexis Caftri, aut Prin-

Principatus, *cap. 1. §. è contrario, de inuest. de re aliena faciend.* vbi Afflict. *nu.* 5. Molina *de Primog. Hisp. lib. 1. c. 26. num. 4. & 12.* & Aret. *conf. 77. num. 3. & 4.*

Et hoc etiam optima ratio-
6 ne comprobatur: † quia quilibet successor, habens causam ab eo qui reperitur alicui oneri obnoxius, aut ligatus conuentionibus initis cum subditis, tenetur stare antecessori, *cap. 1. de probat.* vbi notant Abb. & Felin. *in 1. notab.* Gabr. *de iure quæsito non tollen. Concl. 5. nu. 2.* Natta *conf. 122. num. 5. lib. 3.* & optimè Bald. *d. conf. 202. nu. 2. vers. amplius, lib. 2.* subdens, quod illi, qui succedunt in territorio, & iurisdictione, non dicuntur succedere titulo singulari, sed potius titulo vniuersali, vndè sequitur bona consequentia, ergò tenentur stare locationi, *l. viam veritatis, C. de locat. & conduct. l. cum in plures, §. hæredem, vbi glos. ff. eod. §. vlt. Instit. locat. cum vulgar.* etiamsi contractus porrigat suum effectum, & veniat consummandus tēpore successoris, secūdum Castrens. *in l. si Stichum, §. stipulatio, ff. de verb. oblig. in principio.*

Et est generale, quòd succedens in dignitate, tenetur contractum antecessoris seruare, Cin. *in l. digna vox, C. de leg.* Castrens. *in l. fin. ver. & nota, C. de transact.* Oldrad. *consil. 94. vers. sed quidē,* & omnes alij sequuntur, quos adducit Osasc. *decis. 139. nu. 11.* quamuis non sit eius
7 hæres, † cum contractus Principis obliget suum successorem, *c. Abbate sanè, de re iudic.* Bart. *in l. prohibere, §. planè, quod vi, aut clàm,* & in locatione sic in puncto consuluit Purpur. *cons. 424. num. 4. cum seq. vol. 2.* quo loci declarat id procedere in eo qui succedit in dignitate, quæ defertur per successionem, vt in Marchionatu, Ducatu, Co-
8 mitatu, & similibus, licèt † aliud dicat in successore per electionem; & eum sequitur Cardin. Mant. *de tacit. conu. tom. 1. lib. 5. tit. 10. num. 38.* quam distinctionem approbauit etiam Crauet. *cons. 241. sub num. 17.* Et in successore dignitatis Marchionatus, & Baroniæ, quod omninò teneatur stare locationi firmat Borgn. *in suo repertorio, in verbo, electio, sub nu. 13.* seruata superiori distinctione, an successor veniat per viam electionis, an per viam successionis; sanè ubi successio accidit non iure hæreditario, sed per viam electionis, successor non tenetur seruare locationem sui predecessoris, nisi quādo actus fuisset gestus in necessitatem, vel vtilitatem dignitatis, & Status, vt per Surd. *decis. 326. num. 81.* & in Papa, &

Imperatore, quod non teneantur obseruare gesta per eorum prædecessores, eo quod per electionem supremam dignitatem consequuntur, not. *in c.vbi periculum,de elect.in 6. & in c.venerabilem,de elect.in 6.*& per Euerard.*in sua Centuria,in loco à plenitudine potestatis*, vbi multa cumulat in proposito *num.6.*

Non tamen debet prædecessor hac via, & per indirectum suis adinuentionibus expiscari, vt conuentiones, & contractus tales gerat, qui tendant in diminutionem iurisdictionis,
9 quia † sinè dubio, successor eos seruare non teneretur, quin potius illos posset infringere, iuxta doctrinam Bartoli *in d.l. prohibere,§.planè,ff.quod vi,aut clàm*, nisi quatenus diminutio esset modica, Felin.*in cap.1.num.5.de probat.* Alexan. *conf.1. num.18. & infrà lib.5.vbi Addent.concordantias adducunt.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Succedente ex primo, vel secundo decreto.

SVMMARIVM.

1 *Succedens ex primo decreto, tenetur stare locationi.*

2 *Succedens ex secundo decreto, dicitur succedere in plenum ius.*

3 *Succedens ex secundo decreto, non tenetur stare locationi. Contrarium, num. 4.*

5 *Succedens ex secundo decreto, dicitur successor necessarius.*

6 *Adiudicatio facta ex secundo decreto, an dicatur voluntaria, vel necessaria.*

7 *Actus voluntarius non dicitur quando fit ab eo, qui poterat compelli.*

8 *Succedens ex primo, vel secundo decreto, non tenetur stare locationi, quando locatio à debitore fuisset facta in fraudem.*

9 *Collusio annullat actum inde sequutũ, & quo pacto dicatur collusio, & probetur, ibi videas.*

1 Limita Octauò, in eo, † q̃ succedit ex primo decreto, is enim tenetur stare locationi, *l. in vẽditione, §. 1. ff. de bon. auctoritate iudic. possid.* vbi not. Bart. & Alex. *in l. si filio, §. si vir in quinquennium, num. 6. ff. solut. matr.* Ias. *in l. diuortio, num. 34. ff. eod.* Et ratio est in promptus: quia talis sic succedens, non succedit in plenum ius, nec pleno iure, minusq; efficitur possessor, aut dominus; sed remanet merus custos, & nudus detentor, ex allegatis per Honded. *consil. 82. num. 6. & 19. lib. 1.* ideò sequitur, quod hoc respectu stare teneatur, neque infringere potest locationem, vt de Communi testatur Magon. *decis. Lucana 97. num. 8.* vbi allegat concordantes.

Sed est aduertendum, quod si ratio ista est vera, ille, qui succedit ex secundo decreto, non
2 debet stare locationi, † quia is dicitur succedere in plenũ ius, cuius tñ Cõtrarium tenet Bart. *in d. l. in venditione, §. 1. in 2. notab.* Hinc Cephal. *consil. 254. & 255. sub num. 38.* aduertit, quod lectu-

lectura Bartol. in hoc capite est mendosa, & corrupta, cum intentio Bart. fuit tractare ibi de primo tantum decreto, & non de secundo, vt obseruat Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 40.
3 *num.* 102. & † ob id secundum eum non tenetur stare locationi, & Ias. *in d. l. diuortio, sub nu.* 34. *versic. tum tamen considera*, dicit, quod Bart. non benè collegit huiusmodi notabile ex illo textu, cum verè loquatur de primo tantum decreto, & non de secundo; & Alexand. *in d. §. si vir in quinquennium, sub num.* 7. habet hunc articulum pro valde dubio, licèt subdat sibi magis placere, quod missus ex secundo decreto, teneatur stare locationi.
4 Si tamen † ponderentur Doctores, magis Communiter inclinare videntur in partem affirmatiuam quam Communem profitetur Carroc. *de locato, tit. de creditore, quæst.* 7. *num.* 5. Sed non ea ratione, quod succedens ex secundo decreto teneatur stare locationi, quia non succedit in plenum ius; quæ licèt vera sit in se, & eam desumant Doctores *ex dicta l. in venditione, §.* 1. *ff. de bon. auct. Iudic. possid.* vt per Aretin. *consil.* 159. *sub num.* 16. *vers. si tamen;* nihilominus non applicatur in eo, qui mittitur in possessionem ex secundo decreto. Proinde Doctores alio mouentur fundamento, nempè, quod
5 † succedens ex secundo decreto, tenetur stare locationi: quia dicitur successor necessarius, & iuremerito tenetur stare locationi, vt notat glos. *in d. l. diuortio, in principio, ff. solut. matr.* quam sequitur Alexand. *in d. §. si vir in quinquennium, sub num.* 7. *versic. sed successor, ff. eodem*, vbi passim Scribentes; & de Communi Magon. *decis. Flor.* 2. *numer.* 28. quod pariter testatur Stephan. Gratian. *Discept. forens. cap.* 37. *par.* 1. *num.* 8. *&* 9. parum curando de opinione Cephali. Vndè licèt prima ratio deficiat, non deficit tamen secunda, quod translatio fit necessaria, vt scribit Guttierez *Canonic. quæst. libro* 2. *c.* 8. *num.* 48.

Adhuc tamen subsisto, si qui
6 dem † adiudicatio facta ex secundo decreto, videtur voluntaria: quia debitor, non coactè, sed spontè cōflauit æs alienum, vndè potius dicitur procedere ex voluntate sua, attenta origine, cū quidquid sequitur ex voluntate, voluntarium dicatur, secundum Bald. *consil.* 306. *circa medium, vol.* 1. Doctores *in l.* 1. *C. de natur. liber.* præsertim quando adiudicatio fuit facta ex decreto Iudicis, cuius factum dicitur factum partis, *l. si ob causam, C. de euiction. l. si pignora, eod. tit.* glos.

glos. *in l. id quid nostrum*, *in* 5. *opposit.ff.de reg.iur.* Vrsil.ad Afflict.*decis.* 191.*num.*3.

Ceterum, quia ad istum effectum non attēdimus personam creditoris, sed debitoris, à quo inuito exigi potest; & in proposito, vt dicatur successor voluntarius, vel necessarius, spectamus personam ipsius locatoris; & an dicatur spontanea, vel necessaria translatio, attendimus, & consideramus personam ipsius debitoris, vt deducit Steph. Gratian. *vbi supra*, *Discept. forens.cap.*37.*num.*4. *par.*1. & per Cardin. Mantic. *de tacit. conu. tomo* 1.*lib.*5.*tit.*10. *num.*11. & 12. idcircò inficiari non potest resolutio Communis Doctorū, quod verè iste dicatur successor necessarius, licèt Ias. *in d.l. diuortio, ff. sol.matr. sub num.* 34. & 35. dicat se vidisse in Ciuitate Papiæ maximam altercationem inter celebres Aduocatos; aliqui affirmantes, quòd iste diceretur voluntarius successor; alij verò totum Contrarium asseuerantes; quorum opinio prçualuit, vt *ibi* per eum, qui gloriatur reperijsse doctrinam Baldi, in terminis à nemine allegatam, quæ decidebat controuersiam prædictam.

Et tametsi attenta origine, adiudicatio videatur volūtaria, nō tñ propriè dici potest voluntaria, sed secundum quid, vt per Decium *in l. velle non creditur*, *num.*3.*ff.de reg.iur.* namque voluntarium non dicitur, quod fit ex Legis, vel Iudicis præcepto, vt dicit Sebastian. Medic. *de Casibus fortuit. parte prima, quæst.*1.
7 *num.*25. † neque actus dici potest voluntarius, quando fit ab eo, qui poterat compelli, cum paria sint, aliquid fieri coactè, vel timore coactionis, secundū Bald. *in l. nouissimè, nu.*2.*ff. quod falso tut.* & benè Dec. *in d.l. velle non creditur, sub nu.*2. & quatenus ista adiudicatio diceretur voluntaria, erit tamen causatiuà, & non præcisà, per ea quę deducit Gratus *consil.*133. *num.* 19. *in princ.* contrahere enim est voluntatis, sed persistere est necessitatis, Roman. *cons.* 107. Alex. *consil.* 52. *lib.*1. loquens in adiudicatione facta à Iudice, & in subhastatione; & *cons.*76.*nu.* 10.*vol.*5. Guid. Papa *decis.*257. *in fine*, & plenius per Gratum *in d.cons.*133.*per totum.*

8 Si tamē† locatio facta à debitore fuisset in fraudem, puta, quia statim, vt videret de proximo contra se laturam sententiam, locaret, talis succedens ex primo, vel secūdo decreto, non teneretur stare locationi, vt scribit Tiraquel. *de retract. conu.* §.3. *glos. vnica, nu.* 18. *in fine*; & glos. *in d.l. diuortio*, *sub num.*35. quos

alijs

alijs relatis adducit Carroc. *in d. quæst. 7. parte 2. tit. de creditore, num.* 10. & idem dicendum si detegeretur aliqua collusio, tũc sententia non noceret, etiam quod aliàs ex sui natura potuisset afferre nocumentum, *l. 1. ff. de collus. deteg.* & Bald. *in l. 2. C.*
9 *quib. res iudic. non nocet.*† Collusio namque annullat actum inde sequutum secundum Bald. *in cons. 172. vol. 2. col. 2.* & Card. Seraph. *decis. 263. nu. 9.* & præsertim diceretur colludere ille, qui habet bonas rationes, & nihilominus patitur se vinci, vt *ibi* per Card. *num.* 10. qui subiungit *num.* 11. quod cum collusio sit difficilis probationis, præsumptiones sufficiunt ad hunc effectum, quæ iudicis arbitrio remittuntur; quamuis igitur succedens ex necessaria causa, teneatur stare locationi, vt dictum est; fallit tamen quando locatio fuisset facta collusiuè, vt per Tiraquel. *de retract. conuent. d. §. 3. glos. 1. num.* 15. cum alijs, quæ studiosè omisimus.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Successore ex sententia Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Succedens ex sententia Iudicis, tenetur stare locationi.*

2 *Iudex in sua sententia, intelligitur semper reseruare ius tertij.*

3 *Succedens per translationem iuris vnius in alium, stare tenetur locationi.*

4 *Immissus ex Saluiano interdicto, stare tenetur locationi.*

5 *Succedens ex Saluiano interdicto, non succedit in plenum ius.*

6 *Succedens per sententiam Iudicis, tenetur stare locationi, nisi locatio sit facta in fraudem, vt ibi.*

7 *Succedens per sententiam Iudicis, ita demum stare tenetur locationi, quatenus possessor cui per sententiam res aufertur, sit bonæ fidei, secùs si sit malæ fidei.*

8 *Emptor non tenetur stare locationi factæ per emptorem, qui sinè causa renuit rem tradere.*

1 Limita Nonò, in eo, qui † succedit ex sententia Iudicis, quia tenetur stare locationi, est doctrina Baldi, quæ passim solet allegari *in c. quoniam frequenter, §. fi. in fine, vt lite non contest.* & duplex affertur ratio: quarum prima residet in illa Communi, & approbata Conclusione in hac materia, quod iste est successor necessarius, eo quod missio dicitur necessaria, quæ fit in executione sententiæ Iudicis, Surdus *decis. 40. nu. 3.* & ob id debet posse compelli ad obseruãtiam locationis, vt per Ias. *in l. diuortio, sub num. 35 ff. solut. matr.* Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. glos. 3. num. 20. & 6.* Secun-
2 da desumitur ex eo, quod † Iudex in sua sententia semper intelligitur reseruare ius tertij, cui nunquam præsumitur quod velit præiudicare, vt dicit Bald. *in l. emptorem, num. 5. C. locati*, & Steph. Gratianum *Discept. forens. cap. 37. par. 1. num. 8.* & licèt factum Iudicis dicatur fa-

ctum partis, *l. 1. C. in quib. cauſ. pign. vel hypot. ſolu.* tamen hoc eſt per quandam fictionem, vt in propoſito ſcribit Alex. *in l. ſi filio, §. ſi vir in quinquennium, num. 7. in fin. ff. ſol. matr.* Addi po
3 teſt Tertia ratio, † quod ſcilicet iſte ſuccedit per translationẽ iu ris vnius in alium, & per acquiſi tionẽ illius iuris, quod locans ha bebat, quo caſu tenetur ſtare locationi, vt ſcribit Steph. Grat. *in d. c. 37. nu. 6. par. 1.* Quam quidem limitationem frequenter tenent Doct. Benint. *deciſ.* 54. Oſaſc. *deciſ.* 82. *num.* 7. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 40. *nu.* 101. & alij ſequuntur. Vndè infertur,
4 quod, † qui fuit immiſſus in poſ ſeſſionẽ ex Saluiano interdicto, ſtare tenetur locationi: quia ſuc cedit per ſententiam Iudicis, ex allegatis ſupra, & fuit in terminis reſolutum in vna Romana Caſalis, coram Illuſtriſſimo Ludouiſio, tunc Sacræ Rotæ Audi tore meritiſſimo, nunc Pontif. Maximo vigilãtiſſimo Diui Pe tri ſucceſſore, prima Iulij 1602. quam infra habetis extenſam.

Benè verum eſt, quod in hoc
5 caſu militat ẽt alia ratio: † quod talis ſic ſuccedens, non ſuccedit in plenum ius, cum dũtaxat debeat fructus colligere, quouſq; de ſuo credito ei fuerit ſatisfactũ, nil mirum ſi ſtare teneatur locationi, ſecundum doctrinam Bart. *in d. §. ſi vir in quinquennium, ſub num. 1. verſ. aut non eſt ei conſtitutum.* & firmauit Rota in dicta Romana Caſalis, citata; iſte namque ſuccedit limitatè, vndè ſtare tenetur colono, vt de Cõmuni teſtatur Stephan. Grat. *in d. cap. 37. num. 12. par. 1. Diſcept. forenſ.*

Intellige tamen, vt limitatio
6 procedat, quatenus † locatio nõ ſit facta in fraudem: quia talis ſucceſſor proculdubio nõ tenetur ſtare locationi, vt dixi *in præcedenti limitatione, nu.* 8. Tiraq. *de retractu conuent. §. 3. gloſ. vnica, nu.* 15. Alba *conſ.* 108. *num.* 7. Benint. *d. deciſ.* 54. vbi adducit Alex. *in d. §. ſi vir in quinquennium*, qui dicit notandum; fraus tamen non præſumitur, ſi non probetur, Cinus *in l. emptorem, col. 5. C. locati.* ideò ſi locatio eſſet facta ante litem motam, & pro ſolita penſione, & iuſto pretio, non diceretur in fraudem facta, vt per Steph. Gratianum. *Diſcept. forenſ. c. 37. nu. 5. par. 1.* Intellige pari modo, & eſt decla
7 ratio notanda, quod † ita demũ ſuccedens per ſententiam Iudicis, tenetur ſtare locationi, quatenus is, cui res per ſententiam aufertur, fuiſſet poſſeſſor bonæ fidei: at vbi eſſet iniuſtus poſſeſ ſor, locatio ab eo facta, non vtique obligaret ſucceſſorem, vt conſuluit Alba *conſ.* 108. quem

poſt

post Baldum, & Iaſ. ſequutus fuit Peregr. *de fideicom. art.* 40. *num.* 101. *in princ.* quod enim dicunt Doctores, quemcumque ſuccedentem ex ſententia Iudicis ſtare teneri locationi, procedit, quando ex ſola ſententia ius quęritur ſucceſſori, nempè, quia iudex dat in ſolutum, ex ſecundo decreto, vel in iudicio Saluiani, aut in hypothecaria tulit ſententiam, & in ſimilibus. Verum vbi quis tam quàm dominus cogitur iudiciali via, rem ſuã proſequi, illamque ab iniuſto occupatore auocare nititur, tunc huiuſmodi locatio ſic facta, non debet ſeruari à ſucceſſore: quia ſententia non transfert dominium, ſed translatum declarat, vt voluit Soc. iun. *conſil.* 45. *num.* 2. *vol.* 2. quæ declaratio placuit etiam Surd. *in deciſ.* 40. *ſub num.* 11. ſubdens, quod talis ſucceſſor locationi ſtare non tenetur: quia verè dici non poteſt quod ſuccedat ex ſententia Iudicis, ſed potius ex iure proprio, vt ibi per eum; quo loci ob id
8 infert, quod † emptor, qui rem emptã auocat in iudicio à venditore, renuente ſinè cauſa, illã tradere non tenetur ſtare colono; & idem in alio, qui verè ſit dominus rei; & nouiſſimè hanc declarationẽ fuit ſequutus Stephan. Gratian. *Diſcept. forenſ. c.* 37. *num.* 10. *&* 11. *par.* 1.

DECISIO.

Coram Illuſtriſſimo Ludouiſio.

Romana Caſalis Lunæ 1. *Iunij.* 1602.

Locauerat D. Maximilianus Caffarellus de anno 1599. duo caſalia ad quinquẽnium D. Mario Fano, quorum alterum anno ſequenti vendidit D. Fabritio de Maximis, habita prius licentia à Santiſſimo cum derogatione fideicommiſſi: & cum hoc, quod creditoribus D. Maximiliani pretium ſolueretur à quibus iura in dictũ Fabritium emptorẽ transferri deberent; facta ſolutione creditoribus deſcriptis, & ab eis habita iurium ceſſione, inſtetit D. Fabritius pro habẽda vacua, & libera poſſeſſione caſalis, vt fuerat ſibi in inſtrumẽto venditionis promiſſum, quod D. Marius cõductor impediuit, præuio monitorio Auditoris Cameræ à quo cum fuiſſet auocata cauſa, & in Rota coram me introducta, dubitaui, an D. Fabritius eſſet immittendus in poſſeſſionem, ad effectum expellendi Dominum Marium; expulſionem prætendebat D. Fabritius ex triplici capite.

Primò, ex Regula, quod em-

ptor non tenetur stare locationi, *l. emptorem, C. locati.*

Secũdò, quia vigore iurium, & hypothecarum sibi à creditoribus cessarum, non videbatur posse denegari immissio ex remedio vtilis Saluiani interdicti.

Tertiò, quia cum D. Marius non soluerit pensiones in terminis statutis, & promissis cum iuramento, videtur cecidisse ab omni commodo locationis, *iuxta l. si quis maior, C. de transact.* quod videtur posse opponere Fabritius, cui fuerunt à D. Maximiliano cessa omnia iura super dicto Casali quomodolibet competente, vltrà quod etiam ipse D. Maximilianus, qui est in causa, dat de huiusmodi caducitate.

His tamen non obstantibus fuit resolutum D. Marium non posse expelli; & ad primum de Regula *l. emptorem,* fuit dictum illam limitari, quando conductor habet hypothecam pro obseruatione contractus, *l. si creditor, §. vlt. ff. de distract. pign.* Bart. *in d. l. emptorem, num. 2.* Salic. *sub num. 6. vers. aut conductor ius vtilis dominij.* Paul. de Castro, *in l. si filiusfamilias, §. si vir in quinquennium, sub nu. 4. vers. & ideò cum hodiè.* vbi etiã Roman. *sub num. 13. vers. fallit 2. ff. sol. matr.* Angel. *cons. 2. nu. 12.* Alex. *cons. 118. nu. 10. lib. 5.* Abb. *in c. querelam, sub num. 8. vers. & per hoc datur bona cautela, extra ne Prael. vic. suas.* Ias. *in l. quoties, nu. 29. C. de rei vendic.* Marsil. *Sing. 321.* Guido Papa *q. 480. sub num. 5. vers. secundo fallit.*

Pręsertim stante iuramento, quod præcisè obligat ad obseruantiam, vt post Ant. de Butr. *in cap. fi. ne Prael. vice suas,* tradit Soc. *cons. 90. num. 2. lib. 4.* Grat. *cons. 95. in fine lib. 1.* fuit dictum in vna Romana retractus, 8. Iunij 1588. coram Illustrissimo Mantica, & in Romana domus 9. Nouembris 1597. coram Illustrissimo Pamphilio.

Nõ obstat quod primum instrumentum locationis non continet specialem hypothecã casalis, & secundum quod illã continet ex multis controuertitur: quia ea, quæ objciuntur contra secundum instrumentum requirunt altiorem indaginem, & primum pro se pręsumptionem validitatis, & veritatis habent Bald. *in cap. 1. §. si instrumentum, de no. feud.* Ias. *l. si post diuisionem, num. 2. C. de iur. & fact. ignor.*

Præterea, quæstio illa, an requiratur specialis, vel sufficiat generalis hypotheca, est multum controuersa, & quod suffragatur generalis Cõmuniter dicunt Io. de Amic. *consil. 113. num. 5.*

*num.*5. Neguſ.*de pign.in 2. par. princip. in 1.memb. ſub numer.6.* Grat.*d.conſil.*95.*num.*12. Ferd. Oſaſc. *in repet. in l. filiusfamilias,§.Diui,num.*441.*ff.de leg.*1. & ſinè ſcrupulo procedere videtur in caſu iſto, ex duobus. Primum propter iuramentum appoſitum, habens vim ſpecifici conſenſus, Io. de Amic. *d.conſ.* 113.*num.*12. Crotus *in d.§. Diui,ſub num.*97. *verſ. & iſta Concluſio tantò magis.* Gozad.*conſ.* 100.*num.*24. *in fine*, Socin.iun. *conſ.*129. *num.* 11. *lib.*2. Secundò, quia non agitur ad effectum vt venditio facta à D.Maximiliano ſit iuſta, quo caſu videtur requiri ſpecialis, ſed ad effectũ, vt D. Marius pro ſuo intereſſe poſſit expelli, & quod ſufficit generalis hypotheca, vt per Gozad.*d.conſ.*100.*ſub num.*24. Roder.*in l.poſt rem iudicatã, in prima limitatione, num.*18.*ff. de rei vendicat.*

Quoad tertiũ de iuribus ceſſis, prętenſi Saluiani. Primo reſpondetur, quod cum ſolutio facta fuerit à D. Fabritio de pretio caſalis, non videtur facta de proprijs pecunijs ipſius D. Fabritij, ſed de pecunijs ipſius D. Maximiliani debitoris, vt fuit dictum in vna Romana Saluiani interdicti 11.Iunij prox.præteriti, coram R.P.D. meo Decano, & propterea per talem ſolutionem actiones creditorum extinctę fuerunt, & nulla potuit interuenire ceſſio, Bart. *in l. Modeſtinus, num.*4. vbi etiam Paulus de Caſtr. *ſub num.*4.*verſic.licet principaliter, ff.de ſolution.* & fuit dictum in illa Romana Saluiani interdicti 19. Aprilis præteriti, coram R. P. D. meo Iuſto, & in illa Bonon. fideiuſſ.

Secundò, vbi etiam eſſet immittendus D. Fabritius in poſſeſſionẽ ex Saluiano, non propterea veniret expellendus D.Marius: quia cum ex remedio dicti Saluiani interdicti non acquireretur plenũ ius caſalis, & teneretur ſtare locationi, *l.in venditione, ff.de bon. auct. iudic.poſſid.* Bart. *in l.ſi filiofamilias, §.ſi vir in quinquennium, ſub num.*1.*verſ. aut ei non eſt conſtitutum*, Salic. *in d.l emptorem, ſub num.*6. *verſ. aut conductor nullum ius*, Abb.*in d.c.quærelam, ſub num.*8.*verſ.aut eſt ſucceſſor ſingularis.* Iaſ. qui dicit Communem, *in l.diuortio, num.*34.*ff.ſol.matr.* Guido Papa *deciſ.*480.*ſub num.*5. *verſ. tertio fallit.* Et ad id quod ex aduerſo replicatur pro parte D. Fabritij, quod *in l.in venditione*, diſponitur in eo, qui mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto, reſpondet Aret. *conſ.*159.*ſub num.* 18. *verſic. ſi tamen rem locatam*, quod licet verum ſit, text. illum loqui in dicto caſu, tamen

Doct.

Doct. ex eo firmant Regulam, quod successor singularis tenetur stare colono, quando non succedit in plenum ius auctoris sui.

Accedit, quòd D. Fabritius hoc pacto succederet in dicto casali per sententiam Iudicis, quo casu non habet locum *l. emptore*, Bald. *in c. quoniam frequenter, §. fi. in fine, vt lite non contest.* Ias. *in l. diuortio, sub num. 34. ff. sol. matr.* Abb. *cons.* 104. *num. 6.* quia in translatione, quæ fit per Iudicem semper intelligitur reseruatum ius tertij, Bald. *in d. l. emptorem, num. 5.* Alex. *in d. §. si vir in quinquennium, sub num. 7. vers. & ad hoc tendunt.*

Quoad secundum placuerũt Dominis respõsiones datæ per informantes pro parte D. Marij, præsertim, quia *l. si quis maior*, rarissimè in Practica locum habet, cum quælibet etiam iusta causa excuset à dolo, qui in ea requiritur, vt per Ias. *d. l. si quis maior, num. 3.* Curt. iun. *sub nu. 17.* & fuit dictum in illa Cornetana bonorum coram Sanctissimo 26. Iunij 1579. vbi etiam fuit dictum, in dubio iudicandum non esse iuxta dispositionem dictæ legis.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De nouo Colono, & Inquilino.

SVMMARIVM.

1 *Colonus nouus tenetur stare colono antiquo in prædijs rusticis.*

2 *Colonus nouus tenetur stare antiquo, secundum aliquos etiam in prædijs vrbanis.*

3 *Dominus finito tempore potest cui vult locare.*

4 *Text. in l. congruit, C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. declaratur.*

5 *Consuetudo in materia locationis multum pollet.*

6 *Consuetudo interpretatiua non requirit præscriptionem.*

7 *Decisio Afflicti 238. declaratur.*

8 *Dominus non tenetur ad aliquod interesse erga secundum colonum, si primus non possit cogi, vt depellatur.*

9 *Pactum valet quod dominus alij non possit locare, nisi sibi, pro eadem mercede.*

10 *In vrbanis prædijs doctrina Bar. in §. permittitur, non viget, nec habet locum.*

Limita Decimò, vt Conclusio nostra non procedat in
1 colono † nouo, succedente colono antiquo, qui stare tenetur colonie veteri, nec antiquum colonum expellere potest de prædio rustico, quatenus offerat eãdem pensionẽ; sed cogitur præstare patientiam, vt antiquus fruatur re locata, Afflict. *decis.* 238. *num.* 3. *&* 4. quem in colono temporaneo sequitur Gabr. *de iure emphyt. Concl.* 1. *num.* 5. Grammat. *consil. ciuil.* 4. *num.* 2. iniquum enim videtur, quod nouus cõductor veterem expellat, si tantundem persoluere sit paratus, nec propterea res locata subijcitur perpetuæ locationi: quia si dominus neutri vellet locare, non compellitur, vt per Afflict. *ibi, num.* 3. Immò secundum aliquorum sententiã
2 † ista limitatio procedit etiam in vrbanis prædijs, vt per Calcan. *consf.* 8. *nu.* 36. Cotta *in suis memor. in verbo locator*, quod q. dem probari videtur *in l. con-*

gruit,

gruit, C. de locat. pręd. ciuil. lib. 11. vbi quod colonus antiquus pręfertur nouo, si tantundem dare sit paratus. Neque illa lex secundum Afflict. *nu.* 3. ponit casum specialem in locatione prædiorum publicorum, sed generaliter procedit, vt ibi per eum. In simili videmus de emphyteusi, quæ finita generatione debet renouari proximioribus agnatis, nè alioquin eis fiat iniuria, & detur occasio appellandi ad famigeratam doctrinam Bart. *in l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiua, num.* 2. Clarus *in §. emphyteusis, quæst.* 42. & latè Gabr. *Concl.* 1. *de iure emphyt. num.* 1. & sic etiam de feudatario domino volente denuò infeudare, Gabr. *vbi suprà, num.* 6. Ceterũ, ista limitatio mihi semper fuit visa admodum dubia, quia aduersatur regulis iuris, quibus cauetur dominum in re sua posse ad libitum disponere, *vulgata l. in re mandata, C. mand.* & contra præfatam limitationem est text. ex diametro contrarius, *in l. ne cui, C. locati*, vbi

3 † quod finito tẽpore conductionis, liber est aditus domino, alteri ædes locare, & conductor conqueri non potest: quia cum generaliter loquatur, debet generaliter intelligi, tam in prædio vrbano, quàm rustico, iuribus vulgaribus exemplo; dicimus proximiores agnatos non posse auuocare rem sub clypeo proximitatis à domino venditam, *l. dudũ, C. de contrah. empt.* & vt dicit Anton. de Butrio *in cap.* 1. *extra locati*, non reperitur iure cautum, quod dominus teneatur locare plus vni, quàm alteri: & ideò addẽtes ad Afflict. non parum admirantur de præfata decisione, cum sit contra tex. *d. l. ne cui.* & reuera semper in consulendo eam durã existimaui, licet aliquibus Iudicibus insipientibus, ceruicosis, & principia petentibus, persuadere nõ potuerim, propter illam decisionẽ, quod multoties accidit temporibus nostris: quia plus tribuunt aliquibus ignaris, & garrulis causidicis, quã veris, & egregiè eruditis Doctoribus, quę calamitas sanè est deploranda.

4 Non obstat † *l. congruit, C. de locat. prædior. ciuil. lib.* 11. nam dispositio illius textus procedit in prædijs fiscalibus, & est speciale in locatione prædiorum fiscalium, vt semper antiquus præferatur nouo, quidquid dicat Afflict. vt per glos. *in d. l. ne cui, in verbo, locandi*, quod & in Scholaribus, & Magistris locũ habet, *cap.* 1. *eodem tit.* quàm sequitur Alexan. *cons.* 80. *lib.* 1. *parum ante num.* 11. & Boer. *decis.* 107. *num.* 7. Et ratio specialitatis est: quia colonus rerum fiscalium,

lium, habet ius in re; quæ ratio in alijs non viget, Aret.*conf.*111. *num.*4. Curt.sen.*conf.* 10.*in fine*, & Ruin.*conf.*61.*num.*6.*lib.*1. Si igitur in istis est speciale, ergò in contrarium est ius Commune, vt per Alex.*loco citato*.

Nec doctrina Bar.*in d.§.permittitur*, quidquam offendit, loquitur enim in emphyteuta, q. habet ius in re, nil mirum si in eo vigeat æquitas, vt sibi detur prælatio: non sic in simplici, & contemporaneo conductore, & in colono, qui nullum ius habet præter nudam detentationem, veluti nominatim respodet Romanus *conf.*22.*sub num.*5.*vers. non obstant*.

Decisio Afflicti non me mouet, vt à prædicta opinione recedam: nam vltrà quòd Apostillator, vt dixi, admiratur de dicta decisione, illa potest habere locum attenta consuetudine, quæ vigebat Neapoli, cum sit altera Lex: & ideò in Senatu præualuit dicta opinio, vt ibi obseruat, & accuratè aduertit dictus Apostillator, & fuit dictum Speculatoris, quòd sequitur Boerius *d.decis.*107.*num.*4.

5 † namque in hac materia locationis, consuetudo est valdè potens, & efficax, *l.excepto, C.locati*, vbi Bald. Salic. & ceteri Scribentes, Bart. *in l.penult.nu.*2.*&* 3.*ff. de inspect. in rebus dot. fact.* Alexan.*conf.*107.*num.*20.*lib.*2.

Veruntamen Cõsuetudo debet in specie probari, quod verè exstet in loco, vt colonus antiquus præferatur nouo, nõ obstante eius contradictione, quando offert tantumdem, Aimon *conf.*96.*num.*4. Cæsar de Graff.
6 *decis.*6.*num.*5.*de probat.* & † fortè cum sit consuetudo interpretatiua, non requirit præscriptionem decem annorum, Bellon. *conf.*1.*num.*2.*&* 3. Crauet. *conf.* 836.*num.*10. Decian.*consil.*31. *num.*145.*lib.*1. quod alibi diximus.

7 Posset † etiam admitti decisio Afflicti, ex quadam æquitate, cum sit valdè consonum honestati, & rationi, quod potius res locata detur antiquo colono quàm nouo, ex Regula, Quod tibi non nocet, &c. & præsertim si dominus non habet causam expellendi antiquum colonum ex causis, de quibus *in l.æde̅m, C.locati*. & notatur per Alex.*conf.*129.*vol.*2. vel nisi malè in re fuisset versatus, aut malpagus, vt dicunt Hispani, vel aliter domino exosus, prout ista æquitate attenta, sic tenendum credit Vrsil.ad Afflict. *ibi nu.*5. Sed ego animaduerto, qđ propter quandam imaginariam æquitatem non debemus recedere à Regulis iuris, & rebus priuatorum nouum laqueum inijcere

T cere

cere: nam maior æquitas sugge rit, vt eatenus quisq; vtatur rebus alienis, quatenus eis à domino permittitur, & nõ vltra, arg. *l. & habet, in princ. ff. de precar.* Et qui liberam rei suæ facultatem habet ad renouandum, non obligatur, *c. ordinarij, §. quod si fortè, de offic. ord. lib. 6.* Bart. *in l. Centurio, num. 27. ff. de vulg.* & Alex. *conf. 12. num. 2. lib. 2.* Vndè multò æquius est, vt dominus re sua vtatur ad beneplacitum, *l. si seruus communis, §. quod verò, ff. de furt. & l. exigendi, C. de procurat.* cum nemo de suo teneatur alteri gratificari, *c. precariè, in fine, il primo, 10. q. 2.* nè alioquin inter homines oriatur perfidia, & cotẽtio, vt experientia quotidiè nos docet, est enim durus iste sermo, quod quis non possit rem suam ad libitum alteri locare, contra text. *d. l. nè cui.*

Si tamen admitteremus opinionem Afflicti, & antiquus co
8 lonus † fuisset Prælatus, dominus non teneretur erga secundum ad aliquod interesse, & ad aliquam euictionẽ, cum res aufe ratur de sui natura, vt de eo, qui iure congrui retrahit rem, scribit Tiraq. *de retractu conuent. §. 1. glos. 9. num. 55. & 97.* & notatur *in l. si familiæ, C. famil. herciscũ.* & in istis terminis Vrsil. ad Afflict. *d. decis. 238. num. 7.*
9 quod verum intelligo † nisi adesset pactum, quod non posset alij locare, nisi sibi, pro eadem mercede; valeret enim pactum *d. l. ne cui, ibi: nisi fortè pacta*, vbi glossa, & firmat Bartol. citatus *sub num. 3.*

Circumscripto autem pacto,
10 † & consuetudine, in vrbanis prædijs, & in locatione habente præfinitionem tẽporis, quod æquitas de qua per *Bart. in d. §. permittitur*, locum non habeat, consuluit in puncto Soc. *cons. 9. num. 15. lib. 3.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Successore succedente in re solita ex consuetudine locari.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo loci quod dētur prædia ad dimidiam fructuum, operatur, quod successor teneatur stare colono.*

2 *Successor singularis tenetur stare coloniæ, vbi viget consuetudo dandi prædia ad dimidiam fructuū, siuè successor sciuerit, siuè non.*

3 *Contractus intelligitur celebratus iuxta consuetudinem.*

4 *Consuetudo in contractu censetur tacitè expressa.*

5 *Contractus à consuetudine recipiunt congruam interpretationem.*

6 *Locatio recipit interpretationem à solito.*

7 *Consuetudo notoria præiudicat successori singulari, vt stare teneatur coloniæ.*

8 *Cautela quod semper nominatim reseruetur ius coloni.*

9 *Reseruatio nihil operatur, si nihil reseruabile inueniat.*

LImita Vndecimò nostram Conclusionem, vt nō procedat, si in regione, aut in loco contractus viget notoria Consuetudo, quod prędia dentur ad dimidiam fructuum, vt cōmuniter sit in Patria mea; quo casu etsi regulariter intelligātur venditi fructus, nedum partis dominicalis, verumetiam coloniæ, ad *cons. Rom.* 309. quem sequitur Ias. *in l. filiofamiliàs, nu.* 180.
1 *de legat.* 1. ità, vt † successor singularis non teneatur stare coloniæ, saltem de rigore iuris, vt alibi diximus, tamen stante consuetudine prędicta, fructus coloni censentur reseruati, & successor singularis tenetur stare coloniæ: quia licet fructibus nondū perceptis, colonus non dicatur habere ius radicatum, & firmū, tamen habet certam spem considerabilem, quod de proximo futuri sint sui, ratione laborum, & impensarum, *l.* 1. vbi Bartol. *C. de frut. & lit. expens.* Osasc. *de-*

*cis.*82.*num.*8. & Card. Mantic. *de tacit. conuent. tit.* 2. *lib.* 5. *num.* 33. ideò non intelliguntur veni re in ipsa venditione, cum ad vendentem pleno iure non pertineant, & honestè percipi non possunt, cum huiusmodi fructus ad colonum spectent, per ea, quę scribit Bart. *in l. fructus, ff. de rei vendic. in fine, versic. sed quando.* Turpe enim esset, vendere alienam rem, scienti esse alienam; & reputaretur valdè iniquum, qđ colonus defraudaretur suis laboribus, & ei postmodum du biam actionem daremus cōtra venditorem, vt dicit Tessaur. *decis.* 55. *sub num.* 4. *vers. ex qui-*
2 *bus*, & † hoc habet locum, siuè singularis successor sciuerit, siuè ignorauerit adesse colonum, vt tenet Peregr. *de iure fisci, tit.* 4. *lib.* 6. *num.* 32. quia in hoc non attenditur scientia, vel ignorantia, stante notoria consuetudine, quod agri dentur à cōmuniter accidētibus ad medietatem fructuum; quamuis Ruin. *cons.* 74. *num.* 9. *lib.* 1. dixerit, consuetudinem non ligare contrahentes, quando ambobus nō est nota: nā, vt inquit Card. Mantic. *de tacit. conu. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 23.
3 Saltem † implicitè dicūtur partes consensisse, vt cōtractus intelligatur iuxta cōsuetudinem, & sic censeatur reseruata pars colonica: nam pactū dicitur informari ab ipsa Consuetudine, sicut à Statuto loci, vt per Alexand. *cons.* 9. *nu.* 2. *ad finem lib.* 5. Vndè quemadmodum contrahentes videntur se conformare cum dispositione Statuti eorū Ciuitatis, vt per Corneum *cons.* 166. *num.* 33. *lib.* 2. Ias. *in l. omnes populi, in secunda lectura, nu.* 28. *in fine*, Ruin. *consil.* 120. *num.* 3. Paris. *cons.* 13. *nu.* 29. & 30. *lib.* 1. & de Communi Curt. iun. *cons.* 171. *num.* 4. ita existimandum est, quod velint se conformare cum ipsa Consuetudine, quę est altera Lex, vt per Riminald. iun. *consil.* 257. *num.* 69. latè Gagnol. *in l. semper in stipulationibus, num.* 5. *ff. de regul. iur.* Natta *cons.* 195. *num.* 3. & Gabr. *tit. de Consuet. Conclus.* 1. *nu.* 4. *cum sequent.* & tametsi in ipso contractu non fuerit nominatim ex-
4 pressa Consuetudo, † ea tamen habetur perinde ac si fuisset extensa, secundum Bald. *in l. quoties, num.* 6. *vers. & hoc videmus, C. de suis, & legitim. libert.* vndè hac ratione præsumitur actum id, qđ dictat Consuetudo, Abb. *in cap.* . . . *nu.* 2. *de precar.* & iux-
5 ta † Consuetudinem, cōtractus recipiunt congruam interpretationē, Bar. *in l. de quibus, nu.* 17. *ff. de legib.* Roman. *in l. post dotem, num.* 37. *ff. soluto matr.* Alex. *cons.* 37. *num.* 7. *lib.* 2. Natta *cons.* 192. *num.* 2. & Paris. *consil.* 88. *num.* 37.

num.37.lib.1. Quia Consuetudo habet immensam potestatẽ, vt dicit Signorol. *cons.82.nu.7.* & iuremerito inter contrahentes tacitè actum dicitur, quod fieri consueuit, *l.quod si velit,§. quia assidua,ff.de ædil.edicto, l.si. C.de fideiuss.* & Bald. *in l.1.nu.5. & 6.C.pro socio.*

6 Quod autem † locatio recipiat interpretationem à solito, & ab ipsa Cõsuetudine, probat in specie text. *in l.excepto,C.locati,* vbi omnes Scribentes, & magis in terminis nostrę limitationis Surdus *decis. 265. num. 57.* Quapropter, etsi inspecto iure Communi, pensio locationis soluatur in fine anni, vt per glos. *in l.defuncta,ff.de vsufr.* tamẽ aliud est dicendum vigente contraria Consuetudine, vt per Cardin. Mantic. *dicto lib.3.tit.9.nu.13.* vbi dicit, quod in Ciuitate Venetiarum constitutum est ex inueterata Consuetudine, quod pensiones domorum soluantur in fine cuiuslibet semestris, pro dimidia parte; in Vrbe autem soluantur in principio cuiuslibet semestris, subdens *num.14.* quod ob id etiam si in locatione non sit facta mentio de mercede, intelligitur de mercede iuxta solitam consuetudinem, & sic aliàs fuisse in Sacro vrbis Auditorio decisum, corã bon. memor. Car. Lancelotto, in Romana locationis, die 9. Iunij 1578. & in Romana locationis, coram bon. memor. Lauretano, de eodem anno.

Quo fit, vt si ex generali Cõsuetudine prædia dentur ad coloniam, & ad dimidiam fru-
7 ctuum, † huiusmodi Consuetudo, vtpote notoria, præiudicabit successori singulari, qui non poterit allegare ignorantiam, cum scientia præsumatur in illis personis, quę degunt in loco, eo quod ita fieri consuetum est, vt per Card. Seraph. *decis. 1485. num.2.* & stante, quod semper fructus diuiduntur inter dominum, & laboratorẽ, iuxta text. *l.si non fuerint, ff. pro soc.* & proinde talis sic succedẽs, stare tenebitur coloniæ, vt decisum fuit in Senatu, ita testante Tessaur. *decis.55.num.5.* quem pariter sequutus fuit Surdus *decis. citata 265.numer.57. & 58.* nam quemadmodum sciens rem esse locatam, stare tenetur locationi, vt fuit dictum ad saturitatem in limitatione decimatertia, ita, qui notitiam habet consuetudinis suæ regionis, stare cogitur, cũ sciat, vel scire debeat, adesse colonum, qui partem fructuum pro laboribus consequi debet, iuxta text. *d.l.si non fuerint,ff.pro soc.* Ad euadendas tamen difficultates, & opiniones,
8 est satis tutum semper † reseruare

uare iura coloni, secundum doctrinam Bart. *in l. si quis legauerit, ff. de legat. 1. & in l. si mercedem, §. 1. ff. de act. empt.* & hoc quando ipsemet venditor non esset colonus, alioquin si ipsemet venditor faceret ad manus suas, vt communiter dici solet, fortè illa reseruatio generalis non sufficeret, cum nullus alius reperiatur colonus, nisi ipse venditor, & reseruatio non soleat ius tribuere, sed tantum conseruare; vndè cum nihil inueniat reseruabile, iuremerito non prodest, vt in puncto scribit Menoc. *cons. 341. nu. 19.* vbi propterea *num. 20.* infert, quod si in transactione reseruetur filio ius ex testamento patris, & in testamento nihil reperiatur dispositum in eius fauorem, illa reseruatio nil prorsus operatur, atque ideo opus est alia pleniori reseruatione ad declinandas disputationes, vt per Carroc. *q. 25. tit. de succes. sing. num. 22. & 23. de locat. par. 4.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Successore singulari Hebræo.

SVMMARIVM.

1 *Hebræus successor singularis, tenetur stare locationi.*

2 *Locatio, & venditio apud Hebræos dicuntur vnum, & idem.*

3 *Lex Mosaica debet seruari inter Hebræos.*

4 *Lex Mosaica, dicitur Lex particularis inter Hebræos.*

5 *Lex Mosaica inter Hebręos, dicitur ius Municipale.*

6 *Iudæi tenentur seruare iura Romanorum.*

7 *Lex Mosaica non seruatur inter Hebræos, quando agitatur lis coram Iudice Christiano.*

8 *Consuetudo Hebræorũ inter eos est seruanda.*

9 *Doctori attestanti de Consuetudine, non creditur.*

10 *Consuetudo probari debet in loco, in quo contractus fuit celebratus.*

Limita Duodecimò Cõclusionem legis nostrę, vt non procedat in Hebræo, qui sit singularis successor alicuius rei lo-
1 catæ ab altero Hebræo: † nam is tenetur stare locationi, & licet nonnulli dicant istud euenire, quia *l. emptorem, C. locati,* nõ est vsu recepta apud Hebręos, vt per Carroc. *de locato, par. 4. tit. de sing. succes. quæst. 23. nu. 5.* alia tamẽ melior videtur ratio, quod scilicet Hebræus, successor singularis, locationi stare tenetur: quia secundum eorũ Leges, locatio non differt à venditione, nisi vnico respectu, nempè, quod venditio est perpetua, locatio verò est temporalis; in
2 reliquis † apud eos tantum appellatur locatio, quantum venditio; si itaq; primo vni res fuit locata, & tradita, sequitur, qđ is debeat præferri, eo quod habet ius in re, & dominium, ad notata *in l. 1. ff. de contrah. empt.* ergò expelli non potest, *l. 1. §. 1. ff. de superfic.* cum huiusmodi locatio secundum morẽ Hebręo-
3 rum, dicatur venditio. † Lex enim Mosaica seruari debet inter

ter Hebræos, Alex. *in l.1.num. 32.ff.si cert.pet.& ibi Apost.* Felin. *in c.Iudæi, il secondo, num.5. vers. in alijs autem, de Iud. & in cap.1.num.27.de Constit.* Natta *consil.621.num.7.lib.3.* Ruinus *consil.4.num.2. & 6.lib.2.* & in puncto limitationis nostræ Berous *cons.2.vol.1.* vbi *nu.14.* dicit, ob id non esse attendendam *d.l.emptorem*, sed dispositionem *l. quoties, C.de rei vendic.* decidentem, inter duos emptores, illum esse præferendum, & potiorem, cui primo res fuit tradita; & hoc idem tenet Gozad. *cons.24.num.12.* Sic etiam videmus in materia successionis, in qua inter eos seruatur Lex Mosaica Veteris Testamenti, non autem Lex Romanorũ, vt per Cald. *cons.10.de Constit. & cons. 30.de testam.* ergò idem dicendum in contractibus, vt arguit Berous *citato nu.3.* quando quidem

4 dem † Lex Mosaica, dicitur lex specialis Hebræorum, iuxta illud Ioannis cap.18. Legem habemus, & secundum Legem debet mori; & ibi: Accipite eum vos, & crucifigite, quasi Pilatus, impiè prorumpens in hæc verba, fuerit tacitè interlocutus, quod Christum Dominum nostrum crucifigerent secundũ eorum Leges, & non secũdum Leges Imperatoris, vt aduertit Berous *vbi supra, num.6.* Igitur si datur concursus Legis Mosaicæ, cum Lege Imperatoris, Lex Mosaica, vtpote specialis, seruanda est, quæ derogat generali, sicut species derogat generi; parique ratione Iura municipalia prius seruari debẽt, quam iura Communia, quibus censetur derogatum per Statuta loci, ad notata *in l omnes populi, ff. de iust. & iure.* Vndè Lex Mosaica respectu Hebræorum dicitur Ius Municipale, ideò derogat Legi Communi, *l. Iudæi, C.de Iud.* & prosequitur Berous *citatus num.7.* propterea cum Lex Hebræorum disponat, quod durãte locatione conductor (dũmodo obseruet promissa) non discedat de re locata, neque possit expelli; sequitur, quod illa sit seruanda, non autem Lex Ciuilis, vt dictũ est, & in puncto Surd. *decis.265.sub num.57.* qui sequitur Gozad. & Bero. citatos.

Ceterũ ista Limitatio apud me redditur admodum dubitabilis, quia non reperio cautum in Testamento veteri, quod Hebræus singularis successor teneatur stare locationi rei loca-

6 tæ, ideo † seruare tenetur Legem Romanorum. Iudei enim non Humanis, sed Diuinis Constitutionibus subijciuntur, *cap. omnia, 12.distinct.* & viuunt iure communi, *l.nemo Iudæorum, C.de*

C.de Iud. Hoc itaque respectu, non debemus adhibere differentiam inter Iudæos & Christianos, nisi Contrarium iure caueatur, Surd. *decis.* 133. *num.* 3. & Rota Auenionens. *decis.* 111. *nu.* 5. præsertim quando Iudæi agitant lites suas corā Iudice Christiano, & si coram arbitris Iudæis, seruari debeat Lex Moisis, per tex. *in d.l. Iudæi, C.de Iud.* & Surd. *citato num.* 3. vbi quod ista est distinctio rationabilis, quia fortè Iudex Christianus, non bene informatus de Lege Moisis, posset male iudicare, sicut Iudex Hebræus, non informatus de Lege Romanorum vix posset agnoscere quid dispo nat Lex Communis. Quæ distinctio, non potest multum seruire, cum Iudex non informatus de Lege alterius sectæ, possit à peritis sumere informationem, vt rectum faciat iudiciū, quemadmodum fecit Berous *in d. consil.* 2. *sub num.* 9. qui testatur, hāc Consuetudinem, quod singularis successor teneatur stare locationi, habuisse ab eorum
7 peritis Iudæis, quo fit, † vt etsi Lex Mosaica sit seruanda inter Iudæos, illa tamen non seruatur, quando agitur coram Iudice Christiano; vel illa eatenus seruari debet, quatenus reperitur scripta, secùs verò si agitur de alijs Ordinationibus nō scriptis, vt per Surd. *d. decis.* 133. *sub num.* 21. *vers. quinto.*

8 Neque obstat † quod inter Hebræos seruari debeant eorū Consuetudines, per text. *in cap. qui syncera,* 45. *distinct.* & *in c. sicut Iudæi, de Iudæis,* quia illud debet intelligi circa celebrationes eorum festiuitatum, & circa mores, & ritus, concernentes qualitatem morum, & vitæ, vt annuit glos. *in d. cap. sicut Iudæi, in verbo, bonas Consuetudines,* dum dicit, secùs si malas Consuetudines seruent, puta deludendo Christianos, vel proferendo verba in contumeliam creatoris, & similia, vt *ibi* per glos. secùs in alijs.

Auctoritas verò Gozadini, & Beroi non me retrahit, vt huic Limitationi consentiam; namque mouētur in aserta Consuetudine, quæ non reperitur scripta in Lege Moisis: (sed vt præfertur) illam habuerunt ab aliquibus Rabbinis, vltrà quod
9 † Doctori attestanti de Consuetudine non creditur, iuxta opinionem Communem, de qua per Decium *cons.* 402. *num.* 15. *in fine,* Mohed. *de Consuet. decis.* 2. & 3. *vbi Addent.* Honded. *consil.* 101. *volum.* 1. *num.* 39. & Cardin. Seraphin. *decis.* 1349. *num.* 5. & in omnem casum il-
10 la † Consuetudo, & obseruantia debet probari in loco, vbi

contractus fuit celebratus, alioquin non prodest, Oldrad. *consilio* 248. *numer.* 1. *in principio.* Anchar. *consilio* 163. & Lapus *Allegat.* 91. *numer.* 6. *versic. super quarto*, Surdus verò loquitur per transennam, & obiter ad alium finem, pro corroboratione cuiusdam suæ opinionis, vt ibi videri potest; atque ideo de illius opinione non est in proposito admodum curandum. Vnde existimo, quod non sit recedendum à Regula legis nostræ, cui inhærendum est, donec Contrarium probetur, ad not. per glos. *in l.* 1. *ff. de reg. iur.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De Succeſſore ſciente rem locatam.

SVMMARIVM.

1 *Sciens rem eſſe locatam tenetur ſtare locationi.*

2 *Venditor cenſetur vendere ius, quod habet in re, ſi emptor ſciebat onus rei, & num. 5.*

3 *Vendens rem alienam ſcienti alienam, non tenetur de euictione, nec ad pretij reſtitutionem.*

4 *Venditor exprimendo rem eſſe locatam, videtur reſeruare ius conductoris.*

6 *Sciens cenſetur renuntiare iuri, quod habet ſi cum ſcientia concurrat aliquis actus poſitiuus.*

7 *Opinio Socini iunioris confutatur.*

8 *Succeſſor tenetur ſtare locationi etiam dato quod ei fuerit denuntiatum in genere tantum rem eſſe locatam.*

9 *Scientia in genere ſufficit.*

10 *Venditor non habet neceſſe omnia in indiuiduo denuntiare emptori.*

11 *Scientia indiuidualis tunc eſt neceſſaria quando agitur de incurrenda pœna, vel de iure quæſito tollendo, vel de priuatione iuris.*

12 *Alleganti ſcientiam, onus probandi incumbit.*

13 *Scientia per relationem ſufficit.*

Limita Decimotertiò, vt Concluſio noſtra minimè
1 procedat, quando † ſingularis ſucceſſor ſciuit rem eſſe locatã, hoc enim operatur ſciẽtia, quia videtur locationi tacitè conſenſiſſe, & ità emiſſe ſolũ ius, quod habet venditor, iuxta text. *l. qui tabernas, ff. de contrab. empt.* & Communiter Scribent. *in l. ſi domus, §. fin. ff. de legat.* 1. Nam tametſi in contractibus onerofis regulariter vendens cenſeatur vẽdere pleno iure, vt per Bal. *in l. his prædijs, verſic. quæro vtrum vendens, C. de euict.* Cephal. *conſ. ciuil.* 8. *num.* 12. Alex. *conſil.* 63. *num.* 10. *lib.* 6. & Aimon. *conſil.* 112. *num.* 11. & Rota Rom. *in nouiſs. diuerſ. deciſ.* 682. *par.* 1. *num.* 3. tamen, quando emptor

de tempore contractus habuit scientiam locationis, & oneris rei venditæ, succedit alia Con-
2 clusio, quod venditio † & translatio intelligitur facta respectu iuris tantum quod venditor habet in re, vtpotè, notum emptori, vt per Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de seruit. leg.* Bald. *in l. si domus, §. fin in fine, versic. quæritur vtrum iste § ff. de leg.* 1. vbi Alex. nu. 4. & plenius Card. Mant. *de tacit. conuent. lib. 4. tit. 9. nu. 19. & 34. vers. sed hoc sanè*. Sic etiam vendēs rem communem cum alio, si emptor sciebat illam esse communem, intelligitur vendidisse partem suam, & non totam, vt concludunt Roman. *cons. 396. num. 2.* & Gozad. *consil. 13.* Sic
3 in † vendente rem alienā, sciente alienā, regulariter nō tenetur de euictione, nec minus ad restitutionem pretij, Communiter concludunt Doctores, *l. si fundum sciens, C. de euict.* & de Communi Gomes. *Var. lib. 2. cap. 3. num. 42.* Couar. *Var. resol. lib. 3. cap. 17. num. 2.* Tiraquel. *de iure retract. glos. 1. §. 12. num. 11.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 52. num. 58.* & Rot. Ianuens. Bello. 190. *num. 17.* id enim operatur scientia, quæ ad istum effectum habet vim denuntiationis, quando denuntiatio requiritur duntaxat, vt quis sciat, licet aliter sit dicendum quando ea nō requiritur ad effectum tantum scientiæ; sed est incitatoria ad aliquid faciēdum, vt per Card. Seraph. *decis. 1046. num. 4.* nam
4 † statim vt venditor exprimit rem esse locatā, videtur ius coloni reseruasse, vt in terminis decidit Surd. *decis. 225. num. 6. & 17.* & plenius *decis. 265.* quē nominatim sequitur Stephan. Grat. *Discept. forens. p. 1. cap. 37. num. 27. cum seq.* quod & in specie voluit Berous *cons. 2. nu. 12. & 15. vol. 1.* & Burs. *consil. 101. num. 5.* & Cephal. *cons. 718. nu. 16.* qui omnes nituntur tutissimo fundamento, *desumpto ex d. l. qui tabernā, ff. de contrah. empt.*
5 quod † quando emptor fuit certificatus de iure, quod alius habet in re, venditor censetur vendere ius tantum quod habet, secundum magis Cōmunem opinionem, de qua per Surdum *d. decis. 265. num. 28.* quando autem venditor vendit ius quod habet, emptor tenetur stare colono, ex Doctoribus ab eo citatis; ideo non censetur transtulisse plus iuris quam ipse habebat in alium, cum nemo det, quod non habeat; ita de marito sciente bona locata, quod stare teneatur locationi factæ ab vxore, post glos. *in l. diuortio, in verbo sequatur. ff. solut. matr.* tenēt Doctores, vt per Alex. *ibi, num. 38.* qui propter auctoritatem glos.

ab

ab hac opinione dicit non esse recedendum, cum aliàs stare non teneretur, tamquàm successor voluntarius; licet aliqui ab hac opinione dissentiãt, & præsertim Guttier. *libro 2. Caonic. quæst. cap. 8. num. 46.* nam secundum eum, sciens non dicitur renuntiare iuri quod habet, cum sciat illud durare, *l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mòd. pign. vel hypoth. solu.* nã ad istum effectum oportet probare consensum singularis successoris, vel pactum expressum; sed istæ rationes parum valent: quia † licet sciens
6 non censeatur renuntiare iuri, quod habet, nihilominus vbi cũ scientia concurrit aliquis actus positiuus, tunc scientia inducit consensum *Clementina prima, de procurat.* Surd. *decis. 99. num. 14. & 15.* In facti autem specie, emptor emendo rem, quam scit esse locatam, censetur illam acceptare cum suis qualitatibus, cũ per acceptationem faciat actũ positiuum, vt in puncto casus nostri sic respondet Surd. *decis. 264. sub num. 7. & 8.* ergò intelligitur tacitè saltem accomodasse suum consensum, præsertim si potuit impedire contradicendo, vt per Honded. *conf. 91. lib. 1. nu. 42. 43. & 44.* immò acceptãdo rem locatam, dicitur esse in dolo, si postea contradicat, vt dicit Surd. *in d. decis. 225. num. vlt.* Vndè, dato quod non concurrat actus positiuus per solam scientiam, dicitur nihilominus sibi intulisse præiudicium: quia huiusmodi taciturnitas tẽdit ad decipiendum alium; vt in simili benè deducunt Domini de Rota *decis. 797. par. 1. diuers. num. 4.* Et si diceremus, quod necessariò consensus emptoris sit probandus, non esset opus ingredi hanc difficultatem, an sola scientia sufficiat, hæc enim non est disputatio nostra.

7 Neque † deferendum est Socino iun. *in l. cum filiofamilias, num. 75. ff. de leg. 1.* Contrarium asseueranti, non sufficere solam scientiam, sed necessariam fore expressam reseruationem, reprehendens Ias. ibi, aliter sentientem, cuius opinionem videtur etiam tenuisse Franc. *decis. 334.* & Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 83.* nam respondet Surd. hanc limitationem in Senatu non recipere probabilem dubitationem, & sæpius pro ea fuisse iudicatum; & illam veriorem appellat, ex rationibus, & auctoritatibus ab eo collectis, *num. 28. & 52.* nec secũdum eum curandum non est de Iosepho Ludouico, qui non aduertit ad errorem impressoris apud Ias. quod scilicet emptor non debeat consequi fructus partis colonicæ, quando venditor sciebat exstare

re

de tempore contractus habuit scientiam locationis, & oneris rei venditæ, succedit alia Con-
2 clusio, quod venditio † & translatio intelligitur facta respectu iuris tantum quod venditor habet in re, vtpotè, notum emptori, vt per Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de seruit. leg.* Bald. *in l. si domus, §. fin in fine, versic. quæritur vtrum iste § ff. de leg. 1.* vbi Alex. *nu. 4.* & plenius Card. Mant. *de tacit. conuent. lib. 4. tit. 9. nu. 19. & 34. vers sed hoc sanè.* Sic etiam vendēs rem communem cum alio, si emptor sciebat illam esse communem, intelligitur vendidisse partem suam, & non totam, vt concludunt Roman. *cons. 396. num. 2.* & Gozad. *consil. 13.* Sic
3 in † vendente rem alienā, sciente alienā, regulariter nō tenetur de euictione, nec minus ad restitutionem pretij, Communiter concludunt Doctores, *l. si fundum sciens, C. de euict.* & de Communi Gomes. *Var. lib. 2. cap. 3. num. 42.* Couar. *Var. resol. lib. 3. cap. 17. num. 2.* Tiraquel. *de iure retract. glos. 1. §. 12. num. 11.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 52. num. 58.* & Rot. Ianuens. Bello. 190. *num. 17.* id enim operatur scientia, quæ ad istum effectum habet vim denuntiationis, quando denuntiatio requiritur duntaxat, vt quis sciat, licet aliter sit dicendum quando ea nō requiritur ad effectum tantum scientiæ; sed est incitatoria ad aliquid faciēdum, vt per Card. Seraph. *decis. 1046. num. 4.* nam
4 † statim vt venditor exprimit rem esse locatā, videtur ius coloni reseruasse, vt in terminis decidit Surd. *decis. 225. num. 6. & 17.* & plenius *decis. 265.* quē nominatim sequitur Stephan. Grat. *Discept. forens. p. 1. cap. 37. num. 27. cum seq.* quod & in specie voluit Berous *cons. 2. nu. 12. & 15. vol. 1.* & Burs. *consil. 101. num. 5.* & Cephal. *cons. 718. nu. 16.* qui omnes nituntur tutissimo fundamento, *desumpto ex d. l. qui tabernā, ff. de contrah. empt.*
5 quod † quando emptor fuit certificatus de iure, quod alius habet in re, venditor censetur vendere ius tantum quod habet, secundum magis Cōmunem opinionem, de qua per Surdum *d. decis. 265. num. 28.* quando autem venditor vendit ius quod habet, emptor tenetur stare colono, ex Doctoribus ab eo citatis; ideo non censetur transtulisse plus iuris quam ipse habebat in alium, cum nemo det, quod non habeat; ita de marito sciente bona locata, quod stare teneatur locationi factæ ab vxore, post glos. *in l. diuortio, in verbo sequatur. ff. solut. matr.* tenēt Doctores, vt per Alex. *ibi, num. 38.* qui propter auctoritatem glos.

ab

ab hac opinione dicit non esse recedendum, cum aliàs stare non teneretur, tamquam successor voluntarius; licet aliqui ab hac opinione dissentiāt, & præsertim Guttier. *libro 2. Caonic. quæst. cap.* 8. *num.* 46. nam secundum eum, sciens non dicitur renuntiare iuri quod habet, cum sciat illud durare, *l. sicut*, *§. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* nā ad istum effectum oportet probare consensum singularis successoris, vel pactum expressum; sed istæ rationes parum valent: quia † licet sciens non censeatur renuntiare iuri, quod habet, nihilominus vbi cū scientia concurrit aliquis actus positiuus, tunc scientia inducit consensum *Clementina prima, de procurat.* Surd. *decis.* 99. *num.* 14. *&* 15. In facti autem specie, emptor emendo rem, quam scit esse locatam, censetur illam acceptare cum suis qualitatibus, cū per acceptationem faciat actū positiuum, vt in puncto casus nostri sic respondet Surd. *decis.* 264. *sub num.* 7. *&* 8. ergò intelligitur tacitè saltem accomodasse suum consensum, præsertim si potuit impedire contradicendo, vt per Honded. *consil.* 91. *lib.* 1. *nu.* 42. 43. *&* 44. immò acceptādo rem locatam, dicitur esse in dolo, si postea contradicat, vt dicit Surd. *in d. decis.* 225. *num.*

6

vlt. Vndè, dato quod non concurrat actus positiuus per solam scientiam, dicitur nihilominus sibi intulisse præiudicium: quia huiusmodi taciturnitas tēdit ad decipiendum alium; vt in simili benè deducunt Domini de Rota *decis.* 797. *par.* 1. *diuers. num.* 4. Et si diceremus, quod necessariò consensus emptoris sit probandus, non esset opus ingredi hanc difficultatem, an sola scientia sufficiat, hæc enim non est disputatio nostra.

7 Neque † deferendum est Socino iun. *in l. cum filiofamilias*, *num.* 75. *ff. de leg.* 1. Contrarium asseueranti, non sufficere solam scientiam, sed necessariam fore expressam reseruationem, reprehendens Ias. ibi, aliter sentientem, cuius opinionem videtur etiam tenuisse Franc. *decis.* 334. & Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 83. nam respondet Surd. hanc limitationem in Senatu non recipere probabilem dubitationem, & sæpius pro ea fuisse iudicatum; & illam veriorem appellat, ex rationibus, & auctoritatibus ab eo collectis, *num.* 28. *&* 52. nec secūdum eum curandum non est de Iosepho Ludouico, qui non aduertit ad errorem impressoris apud Ias. quod scilicet emptor non debeat consequi fructus partis colonicæ, quando venditor sciebat exstare

re colonum, vult enim dicere, quando emptor sciebat adesse colonum:Franc.autem nihil fir mat;vt idem Surd. obseruat.

Et ista Limitatio est adeo ve ra, quod siuè locatio sit facta ad annum,siuè ad plures annos, siuè cum hypotheca,siuè cum iuramento, non referat ad istum effectum, si nominatim non fue
8 rit expressum:nã sufficit † quod substantia locationis sit enuntiata, ex qua enũtiatione potuit emptor perquirere,& inuestigare singula pacta, conuentiones, onera,& qualitates rei venditę, ità, vt de omnibus facilè debuit certificari, & certus reddi; qđ si non fecit, ei potius est imputandum, qui supinè dormiens nõ inuigilauit; vt pluribus comprobat Surdus *in allegata decis.* 265. *num.*62. *cum seq.* Et licèt res de sui natura præsumatur libera, & ab omni onere exempta, *l.cum vẽderem,ff.de contrah. empt.l.si in emptione,§.vacua,& l.seq.* vbi Bart. *ff. de act. empt.l. quoniam,*vbi Bald.*C.de compens.* & ignorantia præsumatur,*l.verius,cum vulg.ff.de probat.*tamẽ, vbi probatur scientia in genere, recedimus ab huiusmodi Regulis,vt per Rotam Roman. *in nouiss. diuers.part.2. decis.*281. *sub num.*22. vbi *in sequentibus nume*
9 *ris* dicit † scientiam in genere, esse sufficientem: quia contrahens cum alio, tenetur inquirere eius conditiones, & qualitates rei,quę verisimiliter possunt deuenire ad notitiam, vt ibi per dominos; cum paria sint, scire, vel scire debere, cum scientia facilè præsumatur in eo, qui tenetur indagare, vt per Surdum *decis.9.num.*7.& Rotam Romanam *in nouiss. diuers. decis.* 166. *par.*1. *nu.*1. Vndè non est opus exprimere omnes qualitates, sed sat est expressionem fuisse genericam, quod res sit locata,
10 puta Titio, non enim † habet necesse venditor singulariter, & in indiuiduo patefacere omnia onera rei venditæ, vt latè prosequitur Surd. *in sepiùs citata decis.*265.*nu.*40. *cum seq.* vbi quod Regula,*l.qui cum alio contrahit,ff.de reg.iur.* procedit nedum respectu personæ, verum etiam respectu rei, *vt num.* 45. præsertim quando de facili potuit certificari, vt inquit Bald. *in l.manifestissimi, num.*8. *C. de furt.* quia iste æquiparatur scienti, secundum Ias.*in l.quamdiu, numer.*7.*C.qui admitti*, & quod sciẽtia sufficiat in genere in istis terminis Berous *in d.cons.*2.*vol.*1.*num.vlt.* nec ideò excusatur si non fecit diligentiam, vt per Crau. *cons.*222. *num.*8. & iura, quæ dicunt scientiam necessariã fore indiuidualem certam, & indubitatam cum omnibus suis

suis qualitatibus, intelligũt; vel
11 vbi† agitur de incurrẽda pęna, vel de iure quęsito tollendo, aut aliàs de priuatione iuris, vt per Card. Seraph. *decis.* 916. *num.* 5. *&* 991. *nu.* 1. *&* 2. vel vbi scientia est de forma, Magon. *decis. Flor.* 40. *num.* 3. 4. *&* 6.

Scientia autem in venditore etsi de facili pręsumatur, vt per glos. *in Auctent. sed cum testator, C. ad leg. Falcid.* & probat text. *in l. quisque, C. de rescind. vendit.* in emptore autem secùs; ideò
12 † allegãti scientiam, onus probandi incumbit, *l. ei, qui, ff. de probat.* cum in facto consistat *l. in bello, §. facta, ff. de capt. & postlim. reuers.*

Ceterum quia scientia est difficilis probationis, sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, Alba *cons.* 81. *num.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 187. *nu.* 3. *&* 8. *lib.* 2. Paris. *cons.* 91. *nu.* 43. *&* 49. *lib.* 2. Natta *cons.* 231. *num.* 2. & Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.* 57. *ff. de verb. oblig.* vbi de communi; & fuit resolutum in Romana Casalis coram Illustriss. Card. Seraph. *decis.* 794. *num.* 13. im-
13 mò sufficit sciẽtia †per relationem in d. instrumento, vt per eundem Cardin. Seraph. *decis.* 1496. *num.* 4. & testes singulares admittuntur, Put. *decis.* 121. *lib.* 2. quod passim in Rota fuit tentum, vt in illa Romana fideiussionis de Mandellis 19. Nouembris 1574. coram bon. memor. Card. Blanchetto, & alibi sæpè.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De locatione cum prohibitione de non alienando.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis tenetur stare locationi, quando locata promisit non alienare, vendere, legare, donare, aut aliàs de re locata contractum non facere.*

2 *Expressa prohibitio de re nõ alienanda, ius in ea constituit.*

3 *Cautela quod successor singularis teneatur stare locationi.*

4 *Authentica, Hoc si debitor, C. de pign. non habet locum vt sit necessaria excussio, quando adest pactum de non alienando rem hypothecatam.*

5 *Obligatio fundi non sufficit pro manutentione locationis sinè pacto de non alienando.*

6 *Obligatio generalis cũ pacto de non alienando, sufficit, vt teneatur successor stare locationi. Contra num. 7.*

8 *Obligatio generalis non afficit rem sicut specialis.*

9 *Tex. in l. si creditor, §. fi. ff. de distract. pign. oblig. declaratur.*

10 *Pactum de non alienando rem cum obligatione bonorum, obligat precisè.*

11 *Clausula pro quib. omnibus declaratur.*

12 *Stilus debet formiter probari in casu de quo agitur.*

13 *Hypotheca specialis quando dicatur ad effectum præsentis inspectionis.*

14 *Hypotheca omnium bonorum præsentium, & futurorum, dicitur generalis.*

15 *Hypotheca specialis dicitur quãdo quis obligauit omnia, & singula bona.*

LImita Decimoquartò Conclusionem legis nostræ, vt
1 † non procedat, si tempore locationis conductor conuenit cũ locatore, quod durante tempore conductionis non possit rem vẽdere, legare, donare, aut quoquomodo contractum facere: quia si contraueniat, non transfert aliquod ius in acquirẽtem, aut

aut emptorem, siuè in alium successorem, vt est text. qui singularis appellatur, *in l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pign.* vbi Bart. dicit, semel de facto se habuisse quæstionem illius legis, & quod miserũt vsque Pisas, ad librum Pandectarum, pro habẽda eius vera littera: & fuit repertum, quod venditio erat nulla, stante pacto de non alienando: & subiungit Bart. quod hoc est remedium optimum, nè liceat alicui vendere rem suam: quia per tale pactum reseruatur ius in re; vt *ibi* per eum, *ante numerum primum*, si quidem successor stare non tenetur colono, eo quod efficitur dominus rei, & colonus nullum ius habere dicitur in ipsa re, sed personam locatoris duntaxat obligatam, vt per Gomes. *de loc. c. 3. tom. 2. sub num. 9.*
2 *post princip.* † quæ ratio cessat, quando adest prohibitio expressa de non alienando; & vbi alienatio est nulla, per consequens nullum ius transfertur in successorem: nam quod nullum est, nullum operatur effectum, & nullum esse, & non esse paria sunt, *l. non putauit, §. non quęuis,* vbi Bart. *ff. de bon. poss. contr. tab. l. quoties,* vbi Ias. *ff. qui satisd. cog.* & pluribus similibus exornat Surd. *consf. 3. num. 9. cum seq.* Quapropter Alex. *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff. soluto matr. sub num. 4. vers. ve-*
3 *rum quia,* dicit quòd ista † est notabilis cautela, vt successor singularis teneatur stare locationi, quòd apponatur dicta prohibitio, & pactum de non alienando, vt conductor remaneat tutus, saltem vt non ponat se in necessitate probandi interesse quatenus posset retinere rem quousque sibi illud restituatur, vt ibi per eum, per text. *in d. §. fin. ff. de distract. pignor.* qui secundum Ang. & Imola *in l qui Romæ, §. coheredes, ff. de verb. oblig.* alibi in iure nõ reperitur, & hoc idem not. Bart. ex eo text. *in l. si ità quis, §. ea lege, nu. 3. ff. de verb. oblig.* vndè etiam inferunt Doctor. quod licet aliàs necessaria sit prius excussio contra debitorem, ante quã agatur hypothecaria contra tertium, Authent. *Hoc si debitor, C. de pignor.* aliud tamen erit dicendum stante pacto de non alienando, cuius gratia semper reputatur, quod res sit penes debitorem principalẽ, stante quod alienatio fuit nulla, & nullius momenti ex vi pacti;
4 & † ita limitatur d. Authent. *Hoc si debitor,* vt notabiliter declarat Guttier. *in repetitione l. nemo potest, ff. de leg. 1. num. 29. & 30.* & sic etiam limitatur *la nostra,* vt per Alex. *in l. qui absenti, §. fin. nu. 6. ff. de acq. poss.* & per eundẽ Guttier. *ibi, nu. 42. & 43.*

qui pro hac limitatione plures concordantias adducit: subiungit tamen *num.44.* quod † si locator obligasset fundum locatũ pro securitate conductoris, non sufficeret, si non esset nominatim, & in specie appositum pactum de non alienando, quo deficiente, non impediretur translatio dominij, vbi quod ista est Communis opinio, & Communiter teneri pariter testatur Negus. *de pignor. primo membro, secundæ part. sub nu.6.* dato etiam, quod fuisset promissa obseruantia ipsius contractus; & sequitur Steph. Gratian. *Discept. forens. par.1. cap.37. num.26.* cum alijs qui videri posũt apud Gutier. citatum.

6 Si tamen † cum pacto de non alienando, esset coniuncta obligatio generalis bonorum, & res locata non esset specialiter hypothecata, sufficeret, iuxta opinionem Castrens. *in l. si ita quis, §. ea lege, num.3. ff. de verb. oblig.* quia æqualis est naturæ generalis hypotheca, & specialis, *l. generaliter, C. qui potior. in pignor. hab.* & quia text. *in d. §. fin. ff. de distract. pign.* loquitur indefinitè, & generaliter, ideò debet etiam genericè intelligi, siuè de hypotheca speciali, siuè de generali, *l. in fraudem, §. fin ff. de testam. milit.* cum lex, quæ non distinguit, non etiam præbeat nobis causam distinguẽdi, *l. de pretio, ff. de publ. in rem action. l. non distinguemus, ff. de arbitr.* alioquin cũ obligatio generalis apponi soleat pro maiori securitate contrahentium, si diceremus non sufficere, inducta ad augmentum, operarentur diminutionem, & inducta ad vnum finem, operarentur contrarium effectum, quod non est dicendum, *l. quod fauore, C. de legib. l. creditor, ff. si cert. petat.* Et huic opinioni videt adhæsisse Alex. *in d. l. qui absenti, §. fi. ff. de acquir. possess. in fine.* & veriorem appellat Crotus *in Repetitione §. Diui, num.69. ff. de legat.1.*

7 Verum quod † non sufficiat generalis, sed necessaria sit specialis hypotheca, magis Communiter tenetur, eo quia text. *in d. §. fin. ff. de distract. pign.* exorbitat à iure Communi, quo cauetur, ex pacto de non alienando, non impediri alienationem, vt probat text. *in l. si ita quis, §. ex lege, ff. de verb. oblig. vbi Communiter Scribentes,* ideò non debet extendi vltra suum casum, *l. quod verò, ff. de legib.* Neque negari potest, quin maxima oriatur differentia inter hypothecam specialem, & generalem, vt patet ex notatis *in l.1. C. de necess. seru. hæred. inst. & in l.2. C. de pignor.* & illa præsertim multum seruit ad nostrum intentũ, quod

8 quod † generalis obligatio non tam afficit rem, sicut specialis, *l.est differentia.ff.quib.casibus pignor.tacit.contrah.* & est glos. *in l.licet, in versic. huiusmodi, ff.eodem*. Proindè Negus.*de pignor. 1.memb.2.par.sub nu.5.vers.tamē*, dicit, quod ista opinio vtpote magis Communis iudubitanter est tenenda: quia nunquam vidit responsum argumēto prędicto, & veriorem dicit Alex. *in d.l.si cum filio, §.si vir in quinquennium, num.4 in fine*, & licet Bellon. *cons.80. num.5. cum seq. lib.1.* appellet alteram Communem veriorem, & crebriori calculo receptam, & ab ea non esse in iudicando recedendum, illum tamen confutauit Guttierez *Canon.quest lib.2.c.8.nu.30.* nisi fortè prohibitio de non alienando, fuisset omnium bonorum, cum hypotheca generali, tunc contraria opinio defendi posset, vt in specie aduertit Guttier. *ibi*, hoc enim casu pactum de non alienādo, respiceret omnia bona; & sic illa generalis hypotheca bonorū, diceretur specialis potius, & indiuidua, quā generalis, vt per Card. Manticam, *de tacit. conuent. lib.4. tit. 30.nu. 16.* & apertius Nattam *cons.474.num.14.* & quod requiratur ad istum effectum specialis hypotheca, vt impediatur dominij translatio in contracti bus, in terminis *d.§.fin.ff.de distract.pign.* firmauit Rota apud Card.Seraph. *decis.477.num.4.* vbi de Communi, & nouissimè etiam illam fuit sequutus Card. Mantic.*de tacit.conuent.lib....tit.10.num. 20. & melius lib.4. tit.30.num.12.* etsi *num.13.* multos in contrariam sententiā adducat, tenentes sufficere generalem, qui de Communi testantur, tamen *sub num.14.* alteram dicit veriorem. Ex quibus apparet, quod ab ista opinione non est recedendum; quam pariter tenuit Rota Lucens. vt per Ioseph. Ludouic. *decis. 38. sub num.11.*

Nec vrget pōderatio aliquorum, quod text. *in d.§.fi.ff.de distract.pignor.* possit intelligi indistinctè, tàm de generali hypotheca, quam de speciali, cum loquatur generaliter: quia ad id respondet Card.Mant.*d.tit.30.*
9 *lib.4.num.15.* quod † immo loquitur nominatim in casu, vbi res specialiter obligatur cum pacto de non alienando, nè alioquin omnia bona remanerent inalienabilia sub eodem pacto, si eum intelligeremus loqui de generali obligatione, quod est absurdum secūdum eum; idcircò debet intelligi, vt loquatur de speciali obligatione, nec ideò extra terminos est trahēdus ad alios casus, vt *ibi* per eum. Et

hanc eandem declarationem, quod istud pactum coniunctum cum obligatione speciali ipsius rei locatæ, in terminis legis nostræ operetur, quod successor teneatur præcisè stare locationi: quia dominium in successorem transferri minimè potuit, firmat Ias. *in repetitione §. Diui, ff. de legat. 1. in prima lectura, num. 92.* quo loci obseruat hanc esse meliorem cautelam pro securitate conductoris, illa scilicet quam docuit Bar. *in l. qui fundũ, ff. locati, & in l. emptorem, C. eod.* quod conductor pro obseruantia locationis, curet sibi obligare omnia bona: qa hoc modo poterit expelli à successore singulari, per obligationẽ interesse, quod
10 non accidit † in pacto de non alienando, quod obligat præcisè, & saltem erit vtilius ratione probationum, nè cogatur conductor liquidare huiusmodi interesse, vt *ibi* per eum; & dictum est supra.

Vnum solũmodo hic addendum est, quod si locator promisit bona locata non vendere, & alienare: versa autem vice conductor promisit soluere pensiones debitas, deindè partes promittant omnia sub pęna dupli obseruare cũ Clausula, Pro quibus obligauerunt omnia bona
11 sua, non † intelligitur res locata, specialiter obligata sub ista dicendi formula: nam ista Clausula, Pro quibus obligauerunt, &c. refertur ad vtrumque, tàm ad locatorem, quàm ad conductorem; proindè venit intelligenda, vt possit vtriq; conuenire: sed promissio conductoris, non debet intelligi de speciali obligatione, ergò pari ratione intelligenda est promissio locatoris, de generali, vt nominatim consuluit Siluest. Aldobrand. *consil. 106. lib. 1.* quem sequitur Card. Mant. *de tacit. conu. lib. 5. tit. 7. num. 36. & 37.* vbi subiungit, quod licèt Clausula, &c. possit extendi iuxta consuetudinẽ, & stylum notariorum, cum ta-
12 men † stylus debeat formiter in eodem casu probari, difficilis erit similis probatio, vt *ibi* per eum.

13 Diceretur † autem specialis hypotheca ad hunc effectum, quando locator obligasset omnia bona sua mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, & sic obligando immobilia, dicitur etiam obligasse rem locatam: qa expressio, alia est generalis, alia specialis, alia autem singularis & indiuidua, secundum Bart. *in l. fin. C. si contra ius, vel publ. vtilit. & in l. si quis mihi bona, §. iußum, ff. de acquir. hæred.* vbi dicit, quod quando aliquid debet exprimi specialiter, non sufficit illud in genere exprimere:

se: sed tamen non est necesse, quod singulariter exprimatur;
14 obligare † aũt omnia bona præsentia, & futura nõ sufficit: quia ista obligatio est generalis, sufficit benè, si specialiter fiat obligatio, vt si obligentur bona stabilia, quamuis singulariter non fiat nominatio ipsius rei locatę, vt puta, obligo bona mea, & in specie, prædium tibi locatum, si quidem, ista diceretur hypotheca singularis, quę non est necessaria, vt magistraliter declarat Natta *conf.* 474. videndus, qui loquitur in terminis prohibitionis de non alienando, *num.* 12. 13. *&* 14. latissimè Surd. *conf.* 331. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 3. Card. Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 4. *tit.* 30. *nu.* 17. & moderni Rom. *de Salu. inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 8. &
15 sine dubio † hypotheca diceretur specialis, si fuisset dictum: *omnia, & singula bona, &c.* Quæ Clausula hẽt vim specialis expressionis, vt post Socinum, Nattam, Ruinum, & alios, prosequitur Roman. *in d. tract. ibi, num.* 8. & Cardin. Mantica, *vbi parum antea, num.* 18.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De locatione cum hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis tenetur stare locationi, quando conductor habet obligata bona locatoris.*
2 *Hypotheca constituit ius in re.*
3 *Successor singularis tenetur stare locationi, quando conductor habet bona locata obligata non præcisè, sed causatiuè.*
4 *Hypotheca non alterat naturam contractus.*
5 *Hypotheca per oblationem interesse soluitur.*
6 *Interesse debitum conductori habenti bona obligata, consistit in patientia præstanda.*
7 *In obligationibus facti, quis non potest cogi præcisè ad factum.*
8 *Obligatio generalis sufficit, vt detur retentio conductori aduersus singularem successorem.*
9 *Hypotheca omissa per errorem, aut ex simplicitate, tacitè subintelligitur in contractu, vbi de consuetudine est solita apponi.*
10 *Statutum quod missus in possessionem vigore sententiæ debeat manuteneri expulso debitore, & quocumque alio habente causam a debitore, intelligitur nisi habens causam sit tutus cũ hypotheca in re.*
11 *Hypotheca generalis sufficit, vt successor teneatur stare locationi, stante præsertim iuramento.*
12 *Ex prohibitione de non alienando, non impeditur dominij translatio.*

LImita Decimoquintò nostrã Conclusionem, vt locũ non habeat, si locator pro obseruantia cõtractus locationis obligauit omnia bona sua, vt passim obseruatur in instrumẽtis: quia in hoc casu emptor, & singula-
1 ris successor † tenetur stare locationi, Bart. *in l. emptorem, C. locati, & in l. qui fundum, ff. eod.* vbi dat consilium, quod quando de locatione celebratur instrumentum, locator obliget bona sua pro manutentione locationis: quia conductor poterit dicere, ego

ego sto in fundo ratione pignoris, & hypothecæ, quæ cum sit realis, *l. pignoris ff. de pignor.* trāsit ad quemcumque successorē, subdens, quod cum hęc quæstio incidisset de facto, se ita respondisse, & obtinuisse: nam ratio quare singularis successor stare non teneatur locationi, illa est: quia conductor non habet aliquod ius in re, *l. eos, C. de pignor. §. item Seruiana, Instit. de act.* quę tamē cessat, vbi adest hypothe-
2 ca propter quam ius † in re constituitur, Bart. *in d. l. qui fundū,* quem Cōmuniter sequuntur Doctores, vt p Gomez. *de locat. to. 2. cap. 3. sub num. 9.* & optimè Castren. *in l. si merces, §. si fundum, ff. locati.* Capic. *decis.* 182. *num. 3.* & Osasc. *decis.* 156. *num. 1. & 2.* Est verum quod succes-
3 sor † singularis non tenetur stare præcisè locationi, sed causatiuè, quatenus vellit offerre omne interesse cōductori, vndè ius retinendi, quod habet conductor, per solutionem statim resoluitur; sanè cum hypotheca bonorum sit accessoria ad obligationem personalem, regulatur secundum illius naturam; actio autem principalis, quæ datur conductori aduersus locatorem, ob inobseruantiam, in alio nō versatur, præterquam in interesse, *l. qui fundum ff. locati.* Igi-
4 tur hypotheca † quæ stat accessoriè, non potest alterare, & ampliare ipsam principalem actionem, *l. item liberatur, in princ. quibus mod. pign. vel hypoth. solu.* quam primum itaque successor singularis offeret suum interesse conductori, statim potest illum expellere, *l. Paulus, aliàs Sēpronius, §. qui pignoris ff. quib. modis pignor. vel hypoth. solu.* ita Alex. *in l. si cū filio. §. si vir in quinquennium, num. 4. ff. soluto matr.* Valasc. *Consult. 77. num. 5.* vbi alijs rationibus hanc Conclusionē illustrat; & est opinio Communis, vt testatur Neguſ. *de pignor. primo memb. 2. par. num. 7.* & Gomez. *de locat. tom. 2. cap. 3. num. 9. circa finem,* & Ioseph. Ludouic. *decis. Luc. 38. num. 6.* & quod dicitur text. *d. l. emptorem,* non habere locū vbi adest obligatio bonorum, debet intelligi quatenus non offeratur interesse, vt per Neguſ. *d. primo memb. 2. par. nu. 7. circa fin.* & per Guttier. *in repetitione l. nemo potest, sub num. 44. ff. de legat. 1.* Et hoc pacto intelligenda est conclusio firmata per Socin. *in consil. 90. lib. 4.* & per Gozad. *consil. 24. num. 9.* qui nituntur tenere contrarium, scilicet successorē singularem teneri omninò stare locationi, & præcisè, tum quia habens hypothecam bonorum æquiparatur habenti vtile dominium; sed habens vtile dominium

niũ non poteſt expelli, *l.1.§.1.ff. de ſuperfic.* ergò, & pariter conductor non erit expellendus, vt per Gozad. *ibi*, tũ quia per obligationem generalem bonorum dicitur cõſtitutum ius in re, per not. *in l.1.§.autem, ff. de ſuperfic.* nam eſt verũ, quod illud ius permanet quouſque conductori offeratur effectiuè ſuum intereſſe, ſed non prius poterit conductor expelli de re conducta, quã loco pignoris detinet, vt reſpondet Steph. Grat. *deciſ.99. nu.3. 4. & 5.* ſanè vt inquit Couar. *Var.reſol.lib.2.c.15.nu.3.verſ.ſe-*
5 *cundum*, illa † hypotheca per ius offerendi à ſucceſſore, vel ab alio habente intereſſe, ſoluitur & definit, *d.l.Paulus, aliàs Sempronius, §.qui pignoris, ff.quib.mod. pign. vel hypoth.ſolu.* ſubiungẽs parum in hac curandum de auctoritate Cumani, & Soc.Bald. verò, *in l.ſi merces, §.1. in antiquis reportatis*; nititur alio fundamento, vt ab opinione Communi recedat, & inquit, quod conductor habẽs hypothecam, poteſt rem locatam retinere iure pignoris, donec ſibi detur id quod debetur, ſed ei eſt debita patientia vtẽdi, & fruendi, quouſque locatio durat; igitur non poterit expelli, nec per ſolutionem intereſſe poterit amoueri:
6 quia † ſuum intereſſe cõſiſtit in patientia; iuremeritò ſucceſſor ſingularis præcisè tenebitur ſtare locationi. Sed hoc fundamentum (ſit dictum cum pace Baldi) mihi videtur quod poſſit retorqueri: nam ſecũdum veram, & approbatam opinionem, patiẽtia ad quam locator tenetur, eſt quid facti, vt per Neguſ. in puncto, *de pignor. 1 memb.2.par. num.8.* Card. Mant. *de tacit.conuent.lib.5.tit.8.nu.34.* At in obli-
7 gationibus † facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe, neq; quis prçcisè poteſt cogi ad præſtandum factum, vt per Scribentes *in l.ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb.oblig.* ideò ſuppoſito argumẽto ipſius Baldi, quod patientia ſit debita, ſequitur, quod ſi illa non præſtatur, ſuccedat obligatio ad ipſum intereſſe, vt per Neguſ.citatum, & hoc etiã pacto intelligit limitationem noſtram, & illam declarat Iaſ. *in repetitione §. Diui, in 1. lect.num. 92.verſ.nec credo, ff.de leg.1.* & reſpõſio illa, quod in obligationibus facti, ſuccedat obligatio ad intereſſe, procedat in agẽdo, non autem in excipiendo, vt aliqui exiſtimarunt, iure non probatur: cum eadem ſit ratio in vtroque caſu, & hanc vti verã, & Communẽ reſpondendo omnibus contrarijs ſequitur Guttier. *Canon. quæſt.lib.2. quæſt.8. nu.15. cum ſeq.* & contra Baldũ & ſequaces Communiter tenẽt

Do-

Doctores, vt testatur Nat. *cons. 426. sub num. 3. in fine.*

Solet tamen controuerti inter Doctores, an requiratur ad effectum prædictũ specialis hypotheca, vel sufficiat generalis: nam quod specialis sit necessaria, tenent Imola *in l. qui absenti, in §. si quis possessionem, nu. 3.* Roman. *nu. 3. ff. de acquir. possess.* Alex. *in §. si vir in quinquẽnium, num. 4. vers. aduerte, ff. solut. matr.* Ias. *in l. filiusfamilias, §. Diui, in 1. lect. num. 92. ff. de leg. 1.* & ceteri quos seriosè citat Duen. *in Reg. 240. num. 7. vers. in quo.* Verum Cõtraria opinio est verior, & tenenda tanquam Commu-
8 nis, quod † immò non requiratur specialis, sed sufficiat generalis, ad effectum præsentis inspectionis: vt de Communi testatur pluribus adductis Duen. *ibi;* & de magis Communi Ioseph. Ludouic. *decis. Lucens. 38. nu. 3. & 4.* Neguz. *de pign. 1. memb. 2. par. num. 6.* quo loci scribit, ad effectum vt conductor possit retinere rem locatam, quousque offeratur sibi interesse, sufficit siuè hypotheca sit generalis, siuè specialis, ex quo habent eundẽ effectum, & per vtrumque ius in re acquiritur, *l. generaliter, ff. qui pot. in pign. hab.* Osasc. *decis. 156. num. 3. 4. & 5.* vbi de Communi; & adeò verum esse fate-
9 tur, quod † si per Notarium fuisset omissa hypotheca ex errore, aut simplicitate, illa subintelligeretur cum de consuetudine illa semper soleat apponi, vt *ibi* per eum.

Quinimmò ista limitatio p-
10 cederet, dato quod † in loco adesset Statutũ, quod immissus in possessionem vigore sententiæ Iudicis, deberet manuteneri in ea expulso debitore, & quocũque habente causam ab eo: quia adhuc intelligeretur reseruare ius conductoris habentis hypothecam, vel alio modo ius in re, nè excludatur legitima interpretatio, & nè quis indebitè damnum patiatur, & priuetur beneficio legis: cum Statuta talẽ recipiant interpretationem à iure Communi, vt quam fieri possit restringantur ad vnum tantum casum; veluti in simili Statuto Lucano decidit Magon. *decis. 97. num. 19. vsque in finem* in terminis huius disputationis; & magis clarè de hoc Statuto Ioseph. Ludouic. *decis. Luc. 38. nu. 27. & infrà.*

11 Et quod † generalis hypotheca sufficiat, tenuit Rota in Romana casalis corã Illustriss. Ludouisio, nunc Pont. Opt. Max. *nu. 5.* & sinè scrupulo, vbi adest iuramentum, quod habet vim consensus specifici, vt *ibi* per Rot. *num. 6.* de qua per Stat. Pacif. *in tract. Salu. in ord. decis. 164.*

& saltē vt restituatur omne interesse conductori antequam expellatur non videtur hesitandum: quia, vt inquit Osasc. *in citata decis.* 156.*nu.*6. omnes Doctor. in hoc conueniunt, quidquid sit ad effectum, vt singularis successor teneatur stare præcisè, vel causatiuè locationi.

Illud solummodo aduertendum est, quod Doctores qui citantur pro parte contraria, ad probandum requiri specialē hypothecam, non loquuntur in his terminis: sed in alia quæstione penitus separata à præsenti disputatione, nempè, an requiratur specialis hypotheca in prohibitione expressa de nō alienando, vt impediat dominij translatio, vel sufficiat generalis; in quorum numero citatur Alex. *in d.§.si vir in quinquennium,nu.* 4.*vers.aduerte*, & Ias. *in d.§.Diui,num.*92.*in* 1.*lect.* Capic. *decis.* 192.*num.*3. *&* 4. & multi alij, qui in hoc benè dicunt necessariam fore specialem hypothecam, cum materia sit exorbitās,
12 stante quod † ex prohibitione de non alienando, nō impeditur dominij translatio, iuxta Communem opinionem, de qua per Capic. *cit.num.*3. ideò non possunt adduci in contrariū in præsenti discussione, in qua nō quęritur de prohibitione alienationis, & de materia exorbitanti; sed an per generalem hypothecam cōstituatur ius in re ex parte cōductoris, vt expelli non valeat a locatione, saltem per effectiuam interesse solutionem, & in hoc sufficit, quod hypotheca sit generalis, per quam ius in re constituatur, vt dictum est, non quidem vt successor singularis præcisè stare teneatur locationi: sed vt non expellatur conductor, donec ei suū interesse persoluatur; & sic in prima quęstione Doctores prædicti benè loquuntur, & in secunda nihil officiunt, cum verè non mereantur allegari in isto proposito; & est non parua æquiuocatio respectu eorum, qui illos in hanc sententiam adducunt, vt aduertit Negus. *supra cit.* 1.*membro*, 2. *par.num.*6.*in fine*.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

DE LOCATIONE IVRATA.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum obligat præcisè ad factum.*

2 *Promissio iurata obligat ad obseruantiam, nec per solutionem interesse promittēs liberatur. Contrarium num. 11.*

3 *Iuramentum non potest impleri per æquipollens, sed præcisè est obseruandum.*

4 *Iuramentum recipere tacitā conditionem ex natura actus, quomodo intelligatur.*

5 *Iuramentum semper aliquid addit actui.*

6 *Actus gestus contra iuramentum valet, & tenet, quamuis contraueniens incidat in periuriū.*

7 *Differentia inter promissionem de vendendo, & venditionem.*

8 *Iuramētum intelligitur rebus sic stantibus. Declara, vt hic.*

9 *Iuramentum non transit ad successorem singularem. Contrarium tamen est verius.*

10 *Promissio sub fide habet vim iuramenti.*

12 *Iuramentum non afficit rem, sed personam.*

13 *Prohibitio de non alienando iurata, cum hypotheca bonorum, impedit translationem dominij.*

14 *Res obligata pro obseruatione pacti, impedit trāslationem dominij, si cōcurrat expressa prohibitio de non alienando.*

15 *Iuramentum habet vim hypothecæ.*

16 *Iuramentum solum non sufficit, vt successor præcisè stare teneatur locationi sinè prohibitione de non alienando cum hypotheca speciali.*

Limita Decimosextò nostrā Conclusionem, quando locatio est facta cum iuramento, quo casu successor singularis tenetur omninò stare locationi, dato quod ei offeratur effectiuè
1 omne interesse: nam † iuramentum habet istam naturā, quod obligat præcisè ad factum, ità, vt per solutionem interesse non euitetur periurium, secundum

Communem, veriorem, & magis Communem opinionem, de qua testatur Guttier. *de iur.confirm.cap.39.num.6.par.1.* qui in hanc sententiam plures, & infinitos adducit Doctor. alioquin non esset verum, quod iuramentum obligaret præcisè, contra Communes traditiones Doctorum, & sibi ipsi posset commutare iuramentum propria auctoritate, quod non licet; vt deducit Natta *cons.426.num.18.* & Osasc. *decis.92.num.21.* quamuis enim attentis Regulis iuris Communis, obligatus ad factū, si non obseruat, teneatur ad interesse, *l.1.ff.de act.empt.l si quis ab alio, §. si quis promiserit*, vbi Bart. & ceteri Scribentes, *ff. de re iudic.* & in locatione Neguſ. *de pignor. 1.memb.2. par.num.8.*
2 nihilominus, quando † promissio facti est iurisiurandi religione vallata, cogitur promittens ad obseruantiam iuramēti, neque liberatur soluendo interesse, Osasc. *decis.92.num.19.* & de Cōmuni Mant. *de iuram.* quidquid alij cōtradixerint *in tract. de iuram. par.4.effec.12.nu.1. & 2. cum seq.* Card. Mant. *de tacit. conuent.lib.4.tit.32.nu.84.* & in terminis nostris de magis Communi, Rol. *cons.6.num.32.* vbi quod in iudicando ab ista opinione nō est recedendum: quia si admitteretur solutio interesse, iuramentum hoc modo im-
3 pleretur per æquipollens, † cum tamen illud debeat obseruari in forma specifica, vt per eundem Mant. *par.4.effec.20.num.1.* Et in puncto locationis, quod singularis successor teneatur stare locationi iuratæ, neque sufficiat implementum per ęquipollens, Surdus vidēdus *decis.225.nu.4.* Pręterea iuramentū facit, quod actus valeat omni meliori modo, *l.cum pater, §.filius matrem, ff.de leg.2.* ideò cum iuramentū habeat vim specialis hypothecæ, perindè habetur, ac si nominatim, & expresse fuisset res hypothecæ subiecta, vt deducit Steph. Grat. *Discept.forens.c.37. par.1.nu.22. cum seq.* sed melius Surd. *d.decis.225.nu.11. & 12.* Accedat, quod vbi iuramētum seruari potest sinè interitu salutis æternæ, nō ita de facili est respuendum, sed cogitur promissor ad obseruātiam; vt de Communi in proposito firmat Rol. *d.cons.6.sub num.34.*

Neque prædictis obstat illa vulgata iuris Conclusio, quod
4 iuramentum † recipit tacitam conditionem, ex natura actus, cui apponitur, ita vt restringi debeat in quantum fieri potest, ne iurans obligetur in plus, secundum Abb. *in cap.quemadmodum, de iureiur.l.fin.C.de non numer. pecun.* & proindè cum sit appo-

appositum obligationi facti, in qua succedit obligatio ad interesse, *l. Celsus, ff. de verb. oblig.* recipit hanc restrictionem, vt successor teneatur stare locationi quatenus ei non offeratur interesse, vt per Steph. Grat. *decis. 99. nu. 7. & 8.* nam omisso, quod Ias. *in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud. num. 8.* constituit Regulam in contrarium, quod immò iuramentum non sit restringendum ad naturã actus, super quo
5 interponitur, quin † potius semper aliquid addit actui, *c. fin. ne prael. vices suas*, & sic videtur quaedam truffa inter Doctor. vt est videre apud Mant. *de iuram. effec. 8. par. 4.* bifariã remouetur fundamentum, & primo quod illa Regula procedit, quando in principali dispositione deficit consensus, & ita intelligitur *l. finali, C. de non numerata pecun.* vt per Osasc. *decis. 99. num. 14. versic. nec est impedimento*, quo cessante impossibile est quòd iuramentum aliquid operetur, secus si non deficiat consensus: quia tunc dat robur contractui, & maiorem firmitatem, immò aliquid plus addit, vt respondit Roland. *in d. cons. 6. num. 38. & 39.* vbi *num. 37.* adducit aliam responsionem, quod illa Regula procedit, in his, quae sunt de natura primordiali contractus, non in his, quae sunt de natura accidentali, vt *ibi* per eum.

6 Nec ad rem pertinet, † quod actus gestus cõtra iuramentum valeat, & teneat, tametsi contrauenies incidat in periurium, iuxta glos. Communiter receptam, *in c. vlt. in verbo reuocatus, de procurat. in 6.* quia secundum Rolan. *saepius citatum num. 52.* illud procedit in actibus, qui à voluntate vnius tantum pendent, secus in actibus tertio praeiudicialibus, & in quibus versatur interesse alterius, quo casu alteri per alterum non potest inferri iniqua conditio.

Non obstat quod promittẽs cum iuramento vendere, si alij postea vendat, venditio est valida, non obstante sacramento, secundum Imolam *in cap. cum conntingat, de iureiur.* nam istud
7 procedit, quia † aliud est vendere, aliud est promittere de vendendo; in promissione enim de vendendo non constituitur aliquod ius, nil mirum si nõ potest praecisè cõpelli ad factum; sed tantum agitur ad interesse, vt per Tessaur. *decis. 233. num. 5. & 6.* quod non accidit in primo casu, quando venditio est sequuta, eo quod ius potentius constituitur in re, vt idem Rol. prosequitur *num. 53.* & hoc procedit, etiam si in promissione adsit iuramentum, vt per Seraph. *de priuil. iur. priuil. 23. num. 27.*

Non

8 Non etiam offendit, † quòd iuramentum sit interpretandũ rebus sic stantibus, Ias. *in l. quod Seruius, num. 10. ff. de condit. causa data*, Berous *consil. 4. num. 51. cum seq. libro 1*. Paris. *consil. 97. num. 31. lib. 1*. & Menoch. *cons. 27. num. 48. lib. 1*. Nam istud intelligitur, quando non fuit cogitatum nec in specie, nec in genere, vt per Alexan. *in l. 1. §. si quis ita, ff de verb. oblig. col. 3*.

Denique cessat id quod dicitur de iuramento, quod solum obligat iurantem, & non tertium, cum sit personale, non e-
9 grediens personam, † nec est transitorium ad successorem, vt per Innoc. *in cap. veritatis, de iureiuran*. Bald. *in l. etiam, in fine, ff. eodem*, Dec. *consil. 203. ad finem*, Paris. *consil. 75. num. 23. libro 3*. cum alijs de quibus per Aimon. *consil. 142. in fine*, & in pũcto casus nostri Auenion. *decis. 108. sub num. 8*. nam præter quam quod Doctores citati loquuntur quo ad vinculum periurij, patet responsio ex ijs quæ scribit Surd. *in decis. citata 225. numer. 3*. quod immo iuramentum auctoris nocet successori, & iuramentum venditoris affert præiudicium emptori; & ibi adducit leges, & auctoritates, quæ probãt huiusmodi Conclusionem, ex quibus ista limitatio videtur optimis rationibus fundata, quam sequuntur Butr. *in cap. fin. num. 4. ne prælati vic. suas*. Socin. *consil. 90. num. 10. volum. 4*. Negus. *de pignor. primo memb. 2. par. num. 9*. Roland. *in dicto consil. 6. vol. 1. num. 29*. qui plenissimè, & ex professo respondet omnibus cõtrarijs, Surdus *decis. 225. nu. 4. & 5*. Manc. *de iur. par. 4. effec. 152. num. 12*. vbi quod ista opinio est verior, Steph. Grat. *Discept. forens. cap. 37. par. 1. numer. 22. & decis. 99. num. 7*. quam fuit sequuta Rota Roman. coram Illustris. Ludouisio nunc Gregor. XV. Pontif. Max. in Romana Casalis, Lunę prima Iunij 1602. de qua infra *num. 6*. & prius illam canonizauit in Romana retractus apud Card. Mantic. *decis. 30. num. 6*. & Rota Auenion. *decis. 108*. licet in fine dicat, quod opinio ista est dura, quam Surd. *in decis. prædicta 225*. dicit procedere, etiam si non adsit iuramentum actuale, cum sufficiat ad istum effectum iuramentum vir
10 tuale, puta † promitto sub fide, vel syncerè, quæ promissio habet vim iuramenti, vt *ibi* per eum, *num. 1. & 2. cum seq*. & conferunt scripta per Manc. *de iuram. par. 1. quæst. 7*. quod est valdè notandum.

Non caret tamen ista limitatio contradictione, etsi tot iuribus, & auctoritatibus sit munita:

ta:

ta: quam impugnat Guttier. *Canonic. quæst. lib. 2. cap. 8. num. 32. cum seq.* quamuis contrarium alias ipsemet tenuerit *in repetit. l. nemo potest, de legat. 1. num. 45.* vbi de magis Communi opinione testatur, *& num. 38.* dicit enim, quod semper fuit solitus veritatem sequi, & ideò, licet aliàs incidenter tenuerit hanc limi-
11 tationem, hodiè, tamen † libenter sustinet Cōtrarium, & subdit, non esse admodum fidendum de illis Doctoribus, qui sinè indagine, & examine opiniones percurrunt more auium, quarum vna auolante, ceteræ eam sequuntur; & tutissimum fundamentum, vt ab opinione Communi recedat illud sibi potissimè videtur, quod pactum de non alienando cum iuramento, non impedit translationem dominij, & non obligat iurantem ad obseruantiam præcisè; & hanc dicit magis receptam opinionem, *vt num. 33.* & plures adducit, subiungens, quòd responsio Rolandi *in d. consil. 6.* ad huiusmodi fundamentum, non sibi satisfacit, dum asserit opinionem Contrariam esse veriorem, cuius responsio in actu pratico, non admittitur, secundum eum. Deinde, *num. 38.* inquit, iure non caueri, quod per iuramentum constituatur ius in re, sed tantum in persona, ità,
12 vt † rē non afficiat; sed solummodo personam, contra quam datur tantummodo actio personalis ad interesse, sequuta alienatione, *l. ea lege, C. de condit. ob caus.* Ruin. *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 99.* Rip. *nu. 84.* & Alc. *nu. 35. ff. de leg. 1.* & re vera dubitarūt Dñi, an prohibitio alienationis iurata, impediat translationē dominij, vt *in decis. 477.* apud Card. Seraph. *num. 7.* sed
13 verè quādo † iusiurandi religio concurrit cum hypotheca, & prohibitione expressa de non alienando, quod impediatur translatio dominij, sinè dubio tenēdum videtur, vt per Card. Mantic. *de tacit. conuent. libro 4. tit. 30. numer. 19. cum seq.* cum alijs ab eo congestis, & in hac parte decipitur Guttier. dum credit Contrariam sententiam esse Communem; proindè ego existimarem opinionem Guttier. procedere, si nō adesset pactum expressum de non alienando rem locatam cum speciali, aut saltem generali hypotheca bonorum, iuramento firmata, ità, vt solum iuramentum non sufficiat de per se, sinè pacto expresso, etsi contrarium crediderit Surd. *in allegata decis. 225. num. 10.* cuius decisio redditur multum dubitabilis ex prædi-
14 ctis. Et quod dicitur rem † obligatam pro obseruatione pacti, impe-

impedire translationem dominij, *l.si creditor,§.vltimo,ff.de distract. pignor.* debet intelligi, si cum ea concurrat pactum expressum de non alienando: quia sola tacita prohibitio non sufficit, vt per Card. Mantic. *de tacit.conuent.lib.4.tit.32.num.79.* & quamuis nonnulli restringãt hanc declarationem, quatenus pactum sit iurisiurandi religione vallatum, vt per eum, *num.* 80. tamen secundum eundem, Contrarium est verius, quando pactum de alienando non fuit nominatim expressum, vt *numer.*87. Si enim Doctores variant, quando pactum de non alienando fuit adiectum cum iuramento, an impediatur translatio dominij, multò fortius dicendum quando non legitur pactum de non alienando. Concludo igitur Limitationem nostram esse veram, concurrentibus prædictis, alioquin cessantibus pacto de non alienando, & hypotheca, opinio Guttier. sustineri potest, quod successor singularis præcisè non teneatur stare locationi, sed tantum causatiuè, vt per eum *nu.*37. id magis: quia Domini de Rota, in d. Romana casalis, & in Rom. retractus non aperiunt, an causatiuè, vel præcisè ex solo iuramẽto successor stare teneatur, licèt virtualiter possit colligi eorum intentionem fuisse talem; dum nituntur in efficacia iuramenti, quod dicunt habere vim specialis consensus, & præcisè obligare ad obseruantiam, vt in dicta Romana casalis, *num.3.& num.6.* non tamen diuinare licet, cum habeamus alias doctrinas firmiores, Contrarium probantes, & in specie, quod hæc duo copulatiuè debeant concurrere, hoc in terminis adnotauit Carroc. *de locat.par.4. tit.de success. quæst.25. num.52.versic. addo.*

In eo tamen, quod Guttier. dicit, non reperiri in iure cautum, quod per iuramẽtum constituatur ius in re, mihi videtur, quod non benè dicat: quia iuramẽtum habet vim expressi consensus, & operatur, vt specialiter intelligatur expressum, 15 quod specialiter exprimi † debet, ideò habetur perindè ac si hypotheca fuisset expressa, & si hypotheca fuit generaliter, habetur tamquam si esset specialis, cum iuramentũ habeat vim specialis expressionis, & faciat valere actum omni meliori modo, vt per Card. Mantic. *de tacit.conuent.tit.30.lib.4. num.20. & 21.* & optimè per Surdum *decis.225.num.11.12.& 13.* & per consequens ius in re dicitur constitutum, vt per eundẽ Surdum *ibi num.9.* nec istud repugnat

gnat ijs, quæ superius diximus, scilicet non sufficere hypothecam generalem, sed necessariã fore hypothecam specialem, ad effectum impediendi translationem dominij: nam illud procedit si non adest iuramentum, vt loquitur Card. Seraph. *in decis. citata*, secus accedente iuramento, vt dixi.

16 Solum † itaque iuramentum de obseruando locationem sinè prohibitione de non alienando, non sufficeret: sed per solutionem interesse conductor eijceretur, nisi cum ipso pacto concurreret specialis hypotheca, quo casu, vt dixi, prodesset etiam absque iuramento, nec officit, quod nemo possit propria auctoritate sibi iuramentum mutare; namque ista mutatio fit legis auctoritate, & non propria, vt respondit Osasc. *d. decis. 92. num. 29.* & hoc etiam pacto tollitur fundamẽtum illud, quod iuramentum seruari debeat quando seruari potest sine interitu salutis æternę, & in forma specifica: quia satis dicitur iuramentum obseruari specificè, si verè, vel fictè obseruetur legis permissione, vt idẽ Osasc. subiungit *num. 30.* vbi in sequentibus numeris alijs motiuis in ipso iuramento fundatis, optimè satisfacit.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De locatione ad longum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis tenetur stare locationi ad longum tempus, & num. 6.*

2 *Conductor ad longum tempus efficitur vtilis dominus.*

3 *Conductor ad longum tempus, est similis emphyteutæ.*

4 *Conductor ad longum tempus, dicitur possidere.*

5 *Laudemium debetur ex locatione ad longum tempus.*

7 *Conducens ad vitam, vel per decennium, non potest expelli à successore singulari.*

8 *Tempus modicum dicitur infrà decennium.*

9 *Prohibitus alienare cũ iuramento, non etiam poterit locari ad longum tempus.*

10 *Pœna priuationis ob alienationem ab emphyteuta factam nõ incurritur per locationẽ ad longum tempus.*

11 *Pactum in locatione ad longum tempus appositum, quod non transferratur vtile dominium, valet.*

12 *Pactum, quod non tranferratur vtile dominium in conductorẽ, an per locationem ad longum tempus, possit apponi per tutorem.*

13 *Locatio fructuum bonorum Ecclesiæ ad vitam facta, non valet.*

14 *Pactum inter eos, qui liberam bonorum administrationem habent, quod non trãsferratur vtile dominium in locatione, valet, nec ob id successor cogitur stare locationi.*

LImita Decimoseptimò nostram Conclusionem non
1 procedere † in locatione facta ad longũ tempus, cui successor singularis velit nolit stare cogitur, ea ratione: quia per eam ius in re constituitur, & ideò huic conductori datur vtilis actio aduersus quemcumque possessorem, *l. 1. §. qui superficiem, ibi, & sanè causa cognita ei, qui ad modicum tempus conduxit superficiem,* in

in rem actio competit, ff. de superfic. facit text. *in l. 1. §. qui in perpetuum, & l. fin. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet.* ea propter, si datur actio, multo magis dabitur exceptio: cum fauorabilior sit retentio, quã actio, *l. si cum filio, vbi glos. in princ. ff. de compens.* & in istis terminis Auffr. *ad Capel. Toloss. decis.* 420. *in principio*, & Alex. *in l. cum filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff. solut. matrim. num.* 2. ad exemplum conductoris habẽtis hypothecam, per quam ius vtile constituitur in re, & iuremerito ei datur retentio, vt *ibi* per Alexan. & fal-
2 tem iste † dicitur vtilis dominus, vt dicit glos. *in Clement.* 1. *de reb. Eccles. non alienan. in verbo, locationes*, vbi reprobat Accursium, qui Cõtrarium tenuit, *in l. penult. §. instituto, ff. de leg.* 2. quam glos. canonicam sequitur *ibi* Bart. & Communem dicit Tiraq. *de vtroq. retract. §. 1. glos.* 14. *nu.* 81. Arius Pinellus *in l.* 1. *par.* 3. *num.* 64. *C. de bon. matern.* immò ius talis sic conducentis, est irreuocabile, nec tamen dico esse domini, & possessores in solidum eodem tempore, quod repugnat Regulis iuris, *l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. com-*
3 *mod.* quinimmò † iste conductor dicitur similis emphyteutæ, & ideò iudicatur, vt de emphyteuta, vt declarat Bald. *in d. §. instituto, ff. de leg.* 2. Becc. *conf.* 35. *num.* 14. & Mastril. *decis.* 71. *num.* 6. & in eum transfertur vera, & naturalis possessio, & titulus dominij, vt per Aret. *in l. si quis antè, in princ. de acquir. poss.* & Statutum loquens de possessore, verificatur etiam in con-
4 ductore ad longum † tempus, cum verè, & propriè iste dicatur possidere, vt tradit Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos.* 14. *numer.* 79. quo loci *numer.* 80. hoc procedere dicit, etiam quod habeat solum dominium vtile; & subiungit *num.* 81. tale ius conductoris esse tam firmum, quod prohibitus alienare, censeatur etiam prohibitus locare ad longum tempus; quod probat pluribus similibus, *sub num.* 82. & præsertim, quia secundum eum prohibita venditione, censetur prohibita locatio ad longũ tempus: quia leges, quæ de venditione loquuntur, habent locum in locatione ad longum tẽpus: quia isti contractus æquiparantur à lege, *l. 1. ff. loc. l. 1. §. item si quis ff. depositi*, & benè Angel. *in §. pretium, num.* 4. *Instit. de empt. & vendit.* ideò quemadmodum ex venditione debetur
5 laudemium, † ita, ex locatione ad longum tempus; & sicut emphyteuta vendere nõ potest domino irrequisito, ità nec conductor ad longum tempus; & in

summa, sicut per venditionem res cadit in commissum, ità etiam per locationem ad longũ tempus, vt pluribus auctoritatibus de more solito cõfirmat Tiraquel. cit. quibus addi possunt Berous *consil.123. lib.1.* Natta *consil.104.num.3.* Clar. *in §.emphyteusis, quæst.19.* Ruin. *consil. 57.nu.12.lib.1.* & Corb. *de caus. priuat. ob alienat. ampliat.35.nu-*
6 *mer.2.* Et quod † singularis successor teneat stare locationi ad longum tempus, voluit primo glos. *in l.emptorem, C.loc. in verbo colono*, ibi, *item non sic in eo qui conduxit ad non modicum tem bus*, vbi Bart. *num.1.* & idem *in d.l.1.§.quod autem, num.5.ff. de superfic.* Alex. *in d.§.si vir in quinquennium, num.2.* Bart. *in l. qui fundum, ff. loca. num.1.* Tiraquel. *in d.§.1. glos.14. num. 82. versic. ex his*, & Couar. *Var. resolut. lib.2. cap.15. num.2.* & de Communi testatur Guttier. *Canonic. quæst. lib.2. quæst.8. num. 26.* vbi, quod ista opinio est receptissima, & nouissimè Card. Mant. *de tacit. conu. lib.5. tit.10. num.15.*

7 Vndè infertur, † quod qui conduxit ad decennium, vel ad vitam, non poterit expelli à successore singulari: quia habet ius in re, vt in locatione ad vitam, & ad decem annos, firmat Gomez. *tom.2. cap.3. de locat. nu.9. versic. non infertur*. nam locatio ad decennium perpetuæ locationi assimilatur, arg. *l. vltimæ, C. de præscript. longi tempor.* Couar. *in d. cap.15. lib.2. num.2. in*
8 *fine.* & † modicum tempus dicitur infrà decennium, Cardin. Mantic. *de tacit. conuent. lib. 5. tit.10. num.16.* & ideò cum ex ea dominiũ vtile transferatur, vt dictum fuit, per consequens alienatio dicitur, vt per eundem Couar. *Var. resol. lib.2. cap. 16. num.1. versic. ex quo apparet;* & multo magis, si locatio sit facta vltra decem annos: nam sinè dubio diceretur alienatio, vt per Corbul. *de caus. priuat. ob alienat. Ampliatione 35. num.14.*

Secundò infertur, quod licet ex aliquorum sentẽtia, Prælatus, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ, non incidat in periurium, si bona locat ad longum tempus, ad euitandum pœnam periurij, cum iuramentum strictè sit intelligendum ad corticem verborum; quod tamen sub dubio admittit Couar. *d. cap.16. nu.2.* ad effectum tamen nullitatis alienationis, secùs est dicendum: quia prohi-
9 bitus † alienare cum iuramento, non etiam poterit locare ad lõgum tempus, vt per eundem Couar. *ibi* qui in proposito etiã putat non bene Alexan. consuluisse *in consil.119. libro 3.* dum

vo-

voluit pœnam priuationis ob alienationem factam ab emphyteuta domino irrequisito, contra text. *l.fin. de iure emphyteut.* obtinere in locatione ad lōgum tempus: nam secundum Couarruuiæ sententiam, alienatio qui
10 dem nō sustinetur, † sed non incurritur pęna, & caducitas, etsi Communem cum Alexand. dicat Corbul. *in d. Ampliat. 35. num. 2. cum seq.* aduersus Couar. rectius tamen, & melius senserunt Domini de Rota, scilicet pęnā *l. finalis, C. de iure emphyt.* non habere locum in locatione ad longum tempus, rationibus, de quibus latius ibi per eum, *nu. 4. cum sequent.*

Tertiò infertur, quod locatio etiam dicitur ad longum tempus, si pactum initum sit, quod eatenus duret locatio, quatenus locatori placebit, vel quamdiu conductor voluerit, vt per eundem Corbul. *numero 16.*

11 Ceterum, si inter partes † actum esset, quod non transferatur dominium vtile per talem locationem, videretur seruandam esse locationem, *l. quod si nolit, §. fin. ff. de ædil. edict.* & per consequens per talem locationem, nullum ius diceretur translatum in conductorem, secundum Bald. *in l. domus, §. finali, ff. de legat. 2.* quem sequitur Bouer. *decis. 234. num. 5.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 29. numer. 7. versic. licet,* & hac ratione, multi non paruę eruditionis, tenent
12 etiam † tutorem posse ad longum tempus locare, adiecto pacto, quod ius reale conductori nō acquiratur, quos seriosè adducit Simoncel. *de Decret. lib. 2. tit. 6. Inspect. 2. num. 23.* asserentes hoc modo posse saluari glos. *in l. 2. §. instituto, ff. de legat. 2.* Contrarium tenentem, & Communem post Beroum, & alios dicit Corbul. *in d. Ampliat. 35. num. 19.*

Verum non desunt contradictores quos recenset Simoncel. proximè citatus, *num. 24.* quasi huiusmodi pactū fuerit in fraudem appositum, cum commoditas fructuum ad longum tempus habeatur pro vera alienatione in materia prohibitiua, ad tollēdas versutias, & tergiuersationes, nè alioquin Lex esset nugatoria, & tamquam verbalis, seruiat potius de vento, argum. *l. Seius, & Augerius, ff. ad leg.*
13 *Falcid.* Hinc † etiā locatio fructuum Ecclesiæ ad vitam, dicitur prohibita, Abb. *in cap. peruenit, num. 2. de arbit.* & Rebuff. *in Compend. alien. rer. Eccles. numer. 27.* & alios allegat Corbul. *in dicta Ampliatione 35. sub numero 13.* vbi reliquit cogitandum. Ad effectum tamen præsentis

14 sentis limitationis, ego † intrepidè dicerem, pactum valere inter eos, qui habent liberam rei locatæ administrationem, qui locando potuerunt legem imponere rei suæ, *l. in re mandata, C. mand.* neque contrahentes sub clypeo præmeditatæ fraudis possunt pactum impugnare: quia sic detegerent suam turpitudinem, quod non licet, *l. cum profitearis, C. de reuocand. donat.* Card. Mantic. *de tacit. conuent. lib. 13. tit. 37. num. 5. versic. hoc ideo*, & iuremerito hoc in casu successor nō arctabitur ad standum locationi, stante pacto de quo suprà, quod nullum ius vtile, nec directū intelligatur transſlatum in conductorem; & sic cessarent omnes rationes pro limitatione ponderatæ, vt patet ex prædictis.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De locatione ex pacto reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Pactum expresse inter locatorē, & conductorem initum, quod non expellatur conductor, valet, & successor huiusmodi pacto stare tenetur.*

2 *Pactum ne expellatur conductor, est vtile, ne locator teneatur ad interesse.*

3 *Locator reseruans ius conductoris, non dicitur transtulisse in successorem ius plenum, sed limitatum.*

4 *Colonus aduersus successorem singularem habet ius excipiendi, stante pacto de non expellendo.*

5 *Actio personalis etsi non detur contra successorem singularem, fallit tamen contra habentem causam ab altero ex contrahentibus.*

6 *Ius excipiendi transit in successorem.*

7 *Cessio non est necessaria in translatione exceptionis.*

8 *Pactum cum alio celebratum ratione interesse, iuuat etiam illum cum quo non fuit gestum.*

9 *Text. in l. Iulianus, §. pen. ff. de act. empt. declaratur.*

10 *Venditor cedendo actionem colono, liberatur ab interesse.*

LImita Decimooctauò, vt nō procedat Conclusio no-
1 stra, † si tempore alienationis, aut vēditionis expresè fuit conuentum, quod colonus, vel inquilinus non expellatur; quo casu successor singularis omninò stare cogitur locationi, textus est capitalis, *in l. nostra, §. emptorem, C. locati, ibi, nisi ea lege emit;* ergò si emit ea lege, stare tenetur, vt enim exponit Surd. *decis.* 225. *num.* 18. *&* 19. illa dictio (Nisi) est exceptiua, *l. actione, C. de transact.* vbi Bart. & alij; verum exceptio debet esse de Regula, vt per Dinum *in Rubr. de reg. iur. in 6. circa finem.* Dum igitur illa lex in principio dicit, emptorem necesse non habere stare colono, deinde incontinentī subijcit, nisi ea lege emit, ponendo

do exceptionem, sequitur, quod per consequens stare cogatur, si de non expellendo præcessit pactum; alioquin exceptio non esset de Regula, quod non est dicendum, ex allegatis per Euerard. *in sua Centuria legali, ab except. ad regul. numero* 9. immò

2 nè † locator teneatur ad interesse conductori, datur pro consilio à Iurisconsulto, *in l. si merces, §. qui fundum, ff. locati*, vt fiat expressa reseruatio, ibi, *curare debet, vt apud emptorem quoque eadem pactione colono frui, & inquilino habitare liceat, nè aliàs conductor agat cum locatore ex conducto*, argumentum euidens, quod pactum valet & sustinetur, cum aliter esset nugatoriũ, & ibi Castrens. *numero* 1. dicit, quod cautè agit locator, si hoc modo pacificatur cum emptore; & per illum text. *in d. l. emptorem*, scribit Gomez. *de locat. cap. 3. tomo 2. sub num. 9. versic. tertio limita.* ita Communiter te-

3 nere Doctores; † censetur enim hoc casu venditor transtulisse in emptorem, non quidem, ius plenum, sed limitatum, vt dicit Surd. *d. decis.* 225. *numero* 18. ergò limitatum debet parere effectum, *vulgata l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* si enim quando locator reseruat pensiones emptori, & successori singulari, tacitè intelligitur iniunxisse onus persistendi in locatione, *l. arbores, §. 1. ff. de vsufruct.* cum alijs de quibus per Card. Mant. *de tacit. conuen. lib. 5. tit. 10. num.* 22. multo magis quando per pactum expressum sibi cauit nè expellatur; immò sufficit, quod generaliter ius coloni fuerit reseruatum, vt per Surdum *decis.* 265. *num.* 41.

Et licèt glos. *in d. l. emptorem, in verbo, emit*, dicat, quod non potest colonus ob id resistere, quo minus expellatur, inferius tamen adducit meliorem solu-

4 tionem, quod † nempè colonus non habet actionem contra singularem successorem, pro obseruantia pacti, sed benè habet exceptionem, vt possit retinere; quæ solutiò cum sit vltima, præualet, vt de illa glos. in terminis scribit Surd. *decis.* 264. *numero* 27. quo loci plures allegat ad confirmationem huius opinionis; & Gomez. parum antea citatus, affirmat, quod ista est vera, subtilis, & mentalis responsio: nam ratio fundamentalis quare successor singularis voluntarius non teneatur stare colono, potissimum versatur in eo, quia locatori est imputandum, quare non reseruauit ius conductoris, cum ad id potuerit prospicere, secundum Cinum *in d. l. emptorem, num. 3. in fine.* quæ ratio cessat

in

in successore necessario, vndè ne reseruatio sit inutilis, debet aliquem effectum operari, saltem per modum retentionis, vt in omnem casum euitetur circuitus, cum alias conductor haberet regressum contra venditorem, & venditor contra emptorem, eo quia non seruauit pactum, *l. dominus, ff. de condict. indebiti*.

5 Et ratio illa, quod † huiusmodi actio, vtpotè personalis, non detur contra successorem singularem, euitatur primo, quia nō procedit in eo, q habet causam ab altero cōtrahente; iste namque non dicitur tertius, sed vnus, & idem cum venditore, *l. si superatus, ff. de pign.* ideò pactum venditoris nocet emptori, *l. venditor, ff. commun. præd.* Tiraqu. *de retract. consangu. §. 1. glos. 9. numero* 110. *cum seq.* vbi loquitur in strictioribus terminis, & est text. *in l. fin.* vbi Bart. *ff. de oper. noui nuntiat.*

Remouetur secundo, considerando quod huiusmodi actio non est merè personalis: sed datur propter rem, & occasione rei, stante pacto de non expellendo, ideò transit in singularem successorem, vt dicunt Domini de Rota *decis.* 907. *in fine, in nouiss. diuers. par. 3.*

Et in summa, ratio illa non viget quo ad effectum retentionis: quia etsi personalis actio nō

6 sequatur fundum, † ius tamen excipiendi transit in successorem, Socin. iunior *consil.* 158. *numero* 28. *lib.* 2. Aimon *consil.* 148. *numero* 1. Rom. *Sing.* 177. Hond. *cons.* 16. *numer.* 23. *vol.* 1. & ferè in nostris terminis Cardin. Mant. *de tacit. conuent. lib.* 5. *tit.* 11. *numero* 19. & in puncto huius pacti Surd. *decis.* 264. *numero* 24. vbi quod ius agendi non transit sinè cessione: sed benè ius excipiendi trāsit, quamuis sit personale, eo magis, quia ius excipiendi concurrit cum iure retensionis, & detentationis, quod transit in successorem ob commodum, quod affert ipsa retentio, vt per Steph. Grat. *Discept. Forens. par.* 1. *capit.* 20. *numero* 12. *&* 13. *vbi numer.* 14. aduersus Cinum *in d. l. emptorem, C. locati, nume.* 4. tenentem, quod conductor non possit contra emptorem excipere de huiusmodi pacto celebrato cum venditore: sed tantum, vt ibi cædatur ius excipiendi, testa-

7 tur de veriori opinione: † quia in translatione exceptionis, nulla requiritur cessio, vt ibi *numero* 15.

Neque aduersus nostram limitationem facit, quod tale pactum non possit prodesse conductori, vtpotè gestum cum alio, & inter alios, *l. iuris gen-*

tium,§.antè omnia,ff de pact.&c. alteri per alterum obligatio quęri non possit, *l. stipulatio ista, §. alteri ff.de verbor.oblig.* & Alex.
8 *conf.28.vol.1.* quia † ratione interesse quod habet locator, vt seruetur pactum, & nè conductor expellatur, valet stipulatio, vt per Cardin. Mantic. *de tacit. conuen.lib.14.tit.2.numero 4.*& in istis terminis Surdus cit.*in d. decis.264.numero 23.* accedente præsertim iuramento, quod si potest seruari sinè dispendio salutis æternæ, seruari debet, *cap. cum contingat, de iureiur.* si quidem confirmat contractus, qui iure Ciuili non subsistũt, vt per eundem Card. Mant. *ibi, nume. 52.& 53.* vbi *in fine,* ex Siluest. Aldobran. testatur de Communi, præterquam quod pactum illud dicitur re vera concernere fauorem, etiã venditoris, & conductoris, nè teneatur ipsi cõductori ad interesse, ideoq; ab omnibus seruari debet, per ea, quæ idem Surd. scribit *in d. decis.264. num. 32.* & si venditor cessisset iura conductori, res penitus difficultate careret, vt post Cinum, & Salciet. scribit Surd. *decis.225.num.15.& 16.*
9 Non obstat † text. *in l. Iulianus, §. pen. ff. de act. empt.* vbi si venditor pactus est, quod colono perfrui liceat, datur actio ex vendito ipsi venditori, ad obseruantiam contractus, & sic Iurisconf. videtur excludere colonum, & prosequendo vlterius dicit, si quid tamen damni illatum est, culpa inquilini, vel conductoris, emptor agit contra venditorem, non contra conductorem, ex empto, vt scilicet conueniat ipsummet conductorem, & quidquid fuerit consequutus, emptori restituat: nam ad illum text. respondet Surdus vbi supra, *numero 21.* quod licèt ibi Iurisconf. det actionem venditori vt agere possit, non tamen negat quin colonus possit insistere rei, & quod sit verum patet: quia text. dicit, quod datur actio, & certum est, aliud esse, habere actionem, aliud habere exceptionem: nam si non datur actio, datur tamen exceptio, iuxta intellectum glos. *in d. l. emptorem, in secunda solutione,* approbatum, vt per Surdũ, *numero 27.* Accedat secundum eundem, quod ille text. intelligitur, quando colonus de facto fuit expulsus: tunc, quia opus est remedio actionis, illa datur venditori, & non colono, cum hoc in casu non conueniat retentio, vt ibi declarat *sub nu-*
10 *mero 21.* Est verum, quod † cædendo actionem colono, venditor liberaretur, vt per gloss. *in d. l. Iulianus, §. pen. in versic. ex vendito,* & quod stante pacto,

ćto, successor singularis stare teneatur locationi, vltrà citatos tenet nominatim Guido Papa *decis.* 480. *sub numero* 5. *versicu. quinto fallit.* Petr. Duen. *in Regula* 240. *numero* 4. & plures alios longa serie congerit Surd. *in d. decis.* 264. *numero* 28. qui omnibus contrarijs satis luculenter satisfacit; & nouissimè Stephan. Gratian. *Discept. Forens. parte* 1. *capitulo* 20. *numero* 11. *cum sequ.* ità, vt ab hac limitatione nullatenus sit recedendum.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De locatione cum reseruatione pensionum ad fauorem successoris.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis tenetur stare locationi, quando locator pro successore reseruauit pensiones sibi debitas.*

2 *Vsufructuarius debet habere pẽsiones, quando nominatim fuerunt comprehensæ in legato, alioquin poterit deijcere colonum.*

3 *Dictio, sed, stat aduersatiuè in iure, & in facto.*

4 *Glos. in l. arbores, §. 1. ff. de vsufruct. declaratur, & sub nu. 6.*

5 *Pensiones decursæ in vita testatoris pertinent ad hæredes, non autem ad vsufructuarium regulariter.*

6 *Vsufructuarius si vult exigere pensiones, tenetur stare locationi, quando illas testator ad sui commodum reseruauit.*

7 *Dispositio qualibet restringitur ad præsentia, non autem ad futura.*

8 *Successor singularis stare tenetur locationi, quando venditor vnà cum ipsa re, cedit omne ius competens occasione rei, nec alia cessio est necessaria.*

9 *Castr. in l. insulam, ff. loca. errauit.*

10 *Paria sunt pensiones reseruare ad fauorem successoris, & quod nomen conductoris censeatur venditum cum ipsa re.*

LImita Decimononò, quo-
1 tiescumque † fuerunt reseruatæ pensiones debitæ per conductorem, ad fauorem successoris singularis; quo casu succedens tenetur stare locationi, text. est *in l. si mercedem, ff. de actionib. empt.* & melior *in l. arbores, §. 1. ff. de vsufruc. & quemadm. vsusfruct. amit. vers. sed ad exemplũ,* cuius verba sunt hæc: Sed ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter exceptæ (idest pensiones, de quibus antea Iurisconsul. fuerit locutus) potest vsufructuarius cõductorem

rem

rem expellere,& sic ponit regulam,quod vsufructuarius habet facultatem depellendi conductorem,sicut potest emptor depellere, ibi ad exemplum venditionis, quod etiam obseruat glos.dū dicit:quia constat quod emptor potest expellere colonum,postea in vētre ipsius text. ponit limitationem,ibi: *nisi fuerint specialiter exceptæ*,quæ quidem dictio (Nisi) stat priuatiuè,& aduersatiuè ad præcedentia,vt notatur *in l.actione, C.de transact*.cum alijs de quibus per Surdum,in terminis illius text. *decis*.264.*num*.17.Igitur de natura exceptionis est, in casu excepto vitiare regulam, *l.1.ff.de regul.iur.l. quod vero,l. ius singulare, ff. de legibus*. neque verba præcedentia illius legis probāt contrariam sententiam:vt quidam malè putauerunt, nam dū Iuriscons. dicit, *quidquid percipitur ad fructuarium pertinet*, pēsiones quoquè locatorum agrorum si ipsæ specialiter comprehēsę sint,optime quadrat,quod scilicet ad fructuarium pertineant,nedum quidquid percipitur, verum etiam pensiones agrorum locatorum,quando specialiter fuerunt comprehensæ, & reseruatæ: quia scilicet vsufructuarius illas potest exigere, cum ea verba : pensiones quoque locatorum agrorum referrantur ad verbum pertinet, id est quod vsufructuarius eas debet consequi,non etiam, omne id quod ex ipso vsufructu percipitur : quia oratio est perfecta, habens suum verbum vndè regatur, hoc est, verbum pertinet ; ad notata per Bart. *in l. in repetendis,ff. de leg.3*. cum alijs, de quibus per Hond. *d.cons*.91. *lib*.1.*numero* 9.ita, vt sit sensus,
2 quod † vsufructuarius habeat pensiones, quando nominatim fuerunt comprehensæ : at vbi non sunt specialiter exceptę,poterit tunc vsufructuarius deijcere colonum, nec habebit pensiones,vt habetur in secūda parte text. quod secùs est si specialiter fuerint exceptæ: quia tenebitur eo casu stare locationi, & pensiones habebit; & iste intellectus duplici ratione comprobatur,secundum Surd.*d.decis*.264.*num*.19.

Primò,quia Iurisconsl.loquitur conditionaliter per dictionem (si) ibi : *si ipsæ quoque specialiter comprehensæ sint* ; quæ conditio debet impleri in forma specifica ; ergò si non sunt specialiter comprehensæ, non spectant ad vsufructuarium, & per consequens potest colonum expellere, vt prosequitur in secunda parte text. ibi : *sed ad exemplum venditionis,&c.*

3 Secūdò,quia † illa dictio(sed) de

de qua in secũda parte, cum sit aduersatiua in iure, & in facto, aduersatur priori parti text. vt quidem primo casu quando cõprehensæ fuerunt pensiones, nõ possit colonum expellere; sed in secundo sit licitum depellere ad exemplum venditionis, vt dictum est; & subdit Surd. *num.* 20. ob id glo. in verbo, exceptę,
4 non † habuisse verum sensum illius litteræ, & cum ea quoque errasse Florianum, cuius cõtrarium mihi videtur; & firmiter credo, quod glos. id senserit, dũ inquit, quòd siuè pensiones sint comprehensæ, siuè nihil sit dictum, potest deijci colonus: nã in eo quod dicit, siuè sint comprehensæ pensiones, glos. potest optimè saluari, vt intelligat de pensionibus decursis viuente testatore, propter illa verba, de quibus in textu, ibi: *iam antè locatorum agrorum*, cũ † si de illis
5 à testatore nõ fuisset habita mẽtio, pertinuissent ad hæredes, non autem ad vsufructuarium, *l. fructus pendentes, ff. de vsufruc.* & Franc. Manc. *decis.* 129. *par.* 1. *&* 440. *par.* 2. & ideò quamuis testator pensiones decursas in vita sua voluerit in legato cõprehendi, non intelligitur ob id obligasse vsufructuarium ad obseruantiam locationis, cum non implicet contradictionẽ, quod vsufructuarius debeat percipere pensiones viuo testatore decursas, & quod tunc non teneatur stare locationi, prout quando futuræ pensiones decurrendæ post illius mortem sunt exceptæ, vt in secunda parte text. quo casu conductorem expellere minimè potest: quia sic daretur repugnantia, namquè † si
6 vult exigere pensiones, ergo tenetur stare locationi, sicut quando testator illas excipit ad commodũ vsufructuarij, plus enim facto, quam verbis ratificatio inducitur, Magon. *decis. Flor.* 3. *nume.* 17. Rota Rom. *in nouiss. diuers. decis.* 631. *par.* 1. Surd. *decis.* 229. *num.* 4. & Anch. *quæst. famil.* 38. *num.* 4. *par.* 1. quod nõ accidit in exactione pẽsionum, quæ sunt decursæ viuente testatore, & quod sic apertè senserit glos. prosequendo subiũgit, (secùs si excipit: quia tunc nõ põt deijci) ergo glos. habuit hunc sensum, quod quando pẽsiones fuerunt exceptæ, successor singolaris, & vsufructuarius teneatur stare locationi, alioquin sibi ipsi contradiceret, quod ex prędictis nõ videtur dicendum, & hunc credo fuisse germanum sensum illius text. & glossam sic pariter sensisse, non obscurè obseruauit Alb. *in eodem* §. Idq; magis quod reseruatio pensionum in dubio intelligi potest de maturatis, & iam decursis, *l. insulam*,

fulam, vbi not. Bart. in princ. ff. locati. neque ideò glos. potuit sensisse de maturandis, † cum omnis dispositio restringatur ad præsentia, non autem ad futura, vt in istis terminis prosequitur Surd. *ibi, num.* 21. *cum seq.* & hoc fortè voluit annuere Iurisconf. in illis verbis, ibi: *(iam antè locatorum agrorũ)* si ipsę quoque specialiter cõprehensę sint; & quod successor singularis stare teneatur locationi, quando fuit conuentum, quod pẽsiones pertineant ad emptorem per illum text. *in l. arbores, §.* 1. tenet Alexand. *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, num.* 13. *ff. soluto matr.* & Steph. Gratian. *Discept. forens. par.* 1. *cap.* 37. *nu.* 30. & Surd. *decis.* 265. *num.* 30. *vbi num.* 31. confirmat hanc limitationem ex doctrina Bart. *in l. qui fundum, ff. locati,* quo loci in fine dicit, quod † si non est simpliciter vendita res, sed etiã omne ius competẽs pro ipsa re, vel eius occasione, tali casu emptor tenetur stare colono, ita vt singularis successor possit pro pensionibus conuenire conductorem; quod etiam dicit locũ sibi vendicare, si venditor cederet iura sibi competentia occasione rei; cuius doctrinam sequitur pariter ibi Castrens. neque isto casu est opus alia cessione, quia, vt inquit Surdus *ibi, nume.* 33. qui vult consequens, intelligitur etiam velle omne necessarium antecedens, & sic in omnem casum competit vtilis actio, *arg. l. si sic, §.* 1. *vbi Bart. ff. de. leg.* 1. cum alijs per Surd. allegatis *num.* 34. subdens *numer.* 35. † Castrensem *in l. insulam, ff. locati*, errasse, dum firmauit vtilem actionem non transferri in emptorem, tametsi præcesserit pactum, quod pensiones accedant in venditione, nisi sit dictum, quod † censeatur venditum nomen conductoris: quia secundum Surd. idẽ effectus resultat, quod nomen conductoris intelligatur comprehẽsum, & quod pensiones reseruentur cum omni iure, & si fuisset dictum, quod veniat omne id ad quod tenetur conductor, res salua est, quod intelligitur cessa actio vtilis, vt per eundem Castrens. *in l. ex legato, C. de legat. nu.* 4. quem in hac parte approbauit etiam Surdus citatus *numero* 35.

7 (margin, at "sensisse de maturandis") · 8 (margin, at "ci in fine dicit") · 9 (margin, at "35. † Castrensem") · 10 (margin, at "ctum, quod † censeatur")

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De conductore spoliato.

SVMMARIVM.

1 *Conductor expulsus de facto à successore singulari, qui tenetur stare locationi, habet remediũ, vt restituatur ad pristinum statum.*

2 *Conductor, & colonus non dicuntur possidere, sed esse in possessione, vel potius detinere.*

3 *Extremum primum respectu cõductoris, & coloni probatur ex sola detentatione, & statu.*

4 *Conductor habet regressum contra locatorem, si non potest frui re locata. Quod declara vt ibi.*

5 *Remedia plura quando euentualiter sunt intentata, competere possunt si tendunt ad vnum finem.*

6 *Conductor expelli potest propria auctoritate. Intellige tamen vt ibi.*

7 *Conductor potest expelli propria auctoritate, quatenus sit certũ ei nullam competere defensionem.*

8 *Iudex ità demum priuat alium sua possessione, quatenus ritè, & rectè procedat, & non aliter.*

LImita Vigesimò Conclusionem nostram, in tantũ,
1 quod in † illis casibus, in quibus successor tenetur stare locationi, aut coloniæ, si depellatur colonus, aut conductor, vel aliàs de facto eijciatur, potest petere reintegrari in priorem eorum detentationem, saltem officio Iudicis, vt in terminis firmat Castrens. *in l. Attilius Regulus, nu. 5. ff. de donat.* quod dicit perpetuò notandum, Neuiz. *cons. 80. nume. 3.* & Lancelot. *de attentat. cap. 26. num. 31.* & illis datur restitutio ad statum, non attento an status sit legitimus, vel illegitimus, vt per Aegid. *decis. 101. Vt lite pend.*

Non obstat quod isti nõ possideant, sed potius dicantur esse in possessione, *l. 3. in fine, ff. de acquir. possess.* vel potius detine-
2 re, † quàm possidere, cum alie-

no

no nomine possideant, vt per Magon. *decis. Lucana 53. num. 22. 23. & 24.* & is possidet, cuius nomine possidetur, *c. cum venissent, de restit. spol.* quin potius secundum Ang. *in l. in conuentionalibus, §. si quis vacuam, ff. de verb. oblig.* possessio dicitur vacans: quia etsi non possideant, tamen quasi possident, vt dicit Iurisconf. *in d. l. Attilius Regulus, in finalibus verbis, ff. de dona.*

3 Vndè sat est, quod pro † sufficienti extremo doceant de eorum detẽtatione, & de statu, in quo erant ab initio antè expulsionẽ, secundum Innocent. *in c. dilecti, num. 2. cum seq. de maiorit. & obed.* Rota *in antiq. decis. 11. de causa poss. & propriet.* & Steph. Gratian. *decis. 132. nu. 14.* nam Rota Romana non sequitur illam opinionem, quod requiratur possessio ad istum effectum: sed restituit ad statum, etiam si colonus deficeret in solutione, cum enim id concernat meritum principale, interim nõ denegatur restitutio, vt per Card. Seraph. *decis. 415. num. 7. & infrà.* Immò videtur ei competere remediũ Reintegrandę: quia dictum remedium non tantum competit spoliatis, sed etiam eiectis; quod etiam adaptatur ad conductorem, vt per Contard. *ad l. vnicam, C. si de momẽt. poss. limit. 21. num. 11.* Simile videmus in possessore maioratus, cui datur remedium reintegratorium, si eiectus fuit, vel turbatus, quamuis non sit dominus, vt per Gomes. *in l. 40. Tauri, nu. 76. in fine.* sufficit enim ad istum effectum, quod quis reperiatur in possessione, vt experiatur, & vtatur istis remedijs; ita in possessore beneficij, & Prælaturæ decidit Abbas *in c. Nihil, col. fin. de electione.* Imola *in Clementina 1. vt lite pendent.* Capic. *decis. 6. num. 6.* & faciunt not. per Feder. de Senis *cons. 13.*

Non obstat quod huic conductori, & colono non succurratur nec etiam per interdictũ Vnde vi, *l. 1. §. deijcitur, vers. deniquè,* vbi glos. *ff. de vi, & vi armata, l. colonus, ff. eodem,* licèt parum cautè aliud voluerit Alex. vt per Contard. citatum *nu. 12.* & bene, Valasc. *consult. 79. nu. 10. vers. sed quamuis,* quinimmo

4 non † valentibus frui rebus conductis, datur actio ad interesse contra locatorem, *l. si fundus quem, in fine, ff. locati, l. si in lege, §. colonus, ff. eodem,* quod sibi videtur sufficere, quandoquidem responsio patet ex suprà deductis, nempè, quod si non datur remedium prædictum, datur tamen reintegratio ad statum, vt per Card. Seraph. *in allegata decisione 415.* & per Steph. Grat. *d. decis. 132. num. 15.* vel iudicis

officiũ, vt latè prosequitur Contardus *in d.limitat.21.num.12.* & in puncto cõductoris, cui successor singularis stare tenebatur, & nihilominus de facto fuerat expulsus à successore, scribit Valasc. *Consult.*78.& tametsi habeat regressum pro suo interesse contra locatorem, per iura allegata, hoc tamen procedit, quando locator est particeps, vt deijciatur conductor à locatione: quia fortè non impleuit ex parte sua ea, quæ implere debebat, vt per Bald. *in l.ædem, col.*4. *vers. tertio quæro, C. locati.* at si locator non habet ad mixtam aliquam culpam, non video quare non possit vti iure suo, maximè quod nõ est prohibitum plu
5 ra † remedia adhibere, quando plura competunt, saltẽ euentualiter, vel quãdo tendunt ad eundem finem, nec vnum per aliud impeditur, vt per Franc. *decis.* 200.*num.*3. præsertim si conductor haberet hypothecam pro manutentione locationis, & sic nedum haberet exceptionem repellendi successorem singularem, verum etiam vtilem actionem in rem, aduersus emptorẽ, tunc eo facilius daretur sibi hoc remedium reintegratorium, vt considerat Valasc. *in d.Consult.* 78.*num.*2.

Non etiam resistit quod con
6 ductor † possit depelli propria auctoritate, vt probat glos. *in l. emptorẽ, C.locati,* quam Communiter sequuntur Scribentes, vt per Duen. *in Reg.*240.*num.*2.in verbo, emptor, hoc enim procedit quando status conductoris non est cõsiderabilis, puta, quia locatio est finita, vel alia similis causa adducitur; secus dicendum, quando status conductoris est considerabilis, vt supponimus, quo casu ei debet dari restitutio ad statum, vt optimè declarat Card. Seraphin. *decis.*77. *nu.*4.5.*&*6.& si res esset dubia, in dubio præsumitur cõpetere defensionẽ, nec ideò quis est amouẽdus sinè citatione, etiam quod aliàs videatur inuictus possessor, vt in simili de emphyteuta fuit decisum coram Cardin. Mant.in Cesenatensi spolij, *decis.*194.*nu.*3. *cum seq.* vbi *nu.*2. fuit dictum, id etiam procedere dato quod dominus directus haberet auctoritatem intrãdi propria auctoritate absq; partis citatione, & ministerio Iudicis: qa adhuc necessaria est citatio, & cognitio causę, vt audiatur cõductor in iuribus suis, quare non sit depellendus, cum deducere possit talem causam retinendi ipsam rem conductam, vt non sit remouendus, vndè prius debet discuti an pactum locũ habeat: quod absque citatione fieri non debet, vt per eundem Cardin.

Mant.

Mantic. *de tacit. conu. lib. 22 tit. 22. num. 11. & 12. c. licet Episcopus, de prebend. in 6.* Idcirco ta-
7 lia † pacta debent intelligi, vt ità demum effectum sortiatur, quatenus clarè, & patenter constare possit conductori, aut emphyteutæ nullam competere defensionem, vt deducit Card. Mant. *in d. decis. Cesenat. num. 6.* maximè quando conductor, vel emphyteuta non inficit dominium directum, sed protestatur velle recognoscere dominium, iuxta distinctionem Corn. *cons. 193. nu. 3. lib. 3.* quam Rota amplectitur.

Neque ideo excusandus esset successor singularis si fuisset ingressus possessionem rei locatæ auctore Prætore: Iudex namque ita demum priuat aliũ sua possessione quatenus ritè, & re-
8 ctè procedat, † vt per Card. Seraphin. *decis. 1325. num. 1.* secùs si iniustè, nõ ritè, vel non rectè, vt quando procedit non citato detentore, vel possessore, Abb. *in c. non quærenti, nu. 8. de rest. spoliat.* Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 60. in fine, ff. de acquir. possess.* & Rota Rom. *in nouiss. diuers. decis. 802. nu. 7. par. 1.* & in terminis nostris de conductore expulso à singulari successore, Iudicis auctoritate, eo non citato, tenet Valasc. *in d. consult. 78. in fine*, vbi plus dicit, quod conductor est restituendus nedum ad statum, verum etiã ad damna passa occasione iniustæ deiectionis, vt *ibi* per eum, per text. *in l. 1. §. qui autem, ff. de vi, & vi armat. & c. grauis, de restit. spoliator.*

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De pensionibus rei locatæ exigendis.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis qui tenetur stare locationi, potest tamen exigere pensiones à conductore.*

2 *Maritus an pro primo anno matrimonij, quo inuenit fundum locatũ, debeat habere pensiones fundi locati.*

3 *Maritus sciens fundum dotalem esse locatum, tenetur stare locationi.*

4 *Maritus, qui non expellit conductorem vxoris, facit ei rem vtilem, ideò pro rata lucratur pensiones.*

5 *Conductor qui soluit omnes pensiones, neque potest à locatione expelli, illos repetit à locatore ad effectum soluendi successori, nè expellatur.*

6 *Actio personalis ex locato, contra conductorem, non transit in emptorẽ, & in singularem successorem sine cessione.*

7 *Vxori non datur actio contra conductorem fundi per virum locati, nisi per hæredes mariti cedatur actio, qui ad id cogi possunt.*

8 *Actio non datur vxori etiam soluto matrimonio, ex promissione facta marito, nisi ei cedatur actio.*

9 *Successor singularis habet actionem ad petendam pensionem, etiam sinè cessione, stante clausula: Ponens, &c.*

10 *Clausula: Ponens, &c. operatur, vt detur via executiua successori singulari.*

11 *Clausula: Cum omni iure sibi competẽte, operatur, vt nomen inquilini, & conductoris censeatur venditum.*

Limita Vigesimoprimò, qđ
1 licet† singularis successor in mutis casibus teneatur stare locationi, potest tamen pro tẽpore futuro exigere pensionem à conductore, vt per Cagnol. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. num. 221. vers. vltimo declara*, & pluribus adductis cõfirmat Borgnin. *decis. 25. nu. 4. par. 2.* Glos. tamen

tamen *in l.diuortio,ff.solut.matr. in ver.sequuntur*;adnotauit totũ Contrarium,dum dicit,quod si mulier locauit fundum dotalẽ, & accepit totam pecuniam, ei remanet sola spes diuidẽdi cum marito pensiones anno sequenti,& sic de primo anno, quo matrimonium cępit, vir nihil debet habere; cum qua transeunt Bart.& Castr.vt refert Alex. *in d.l.diuortio,num.*40. sed Bald.aliud sentit, vt ibi per eum: quia

2 maritus† non debet restare sine commodo primi anni dum sustinet onera matrimonij,argum.*l. de diuisione, ff.eod.tit.* Imola aũt & Cuman.distinguunt, quod aut maritus tempore contracti matrimonij sciebat fundum esse locatum, & totam pẽsionem iam fuisse solutam, & tunc sibi imputandum, quare voluerit cum ea matrimonium contrahere, quæ pro primo anno non habebat, vt posset respondere oneribus matrimonij, secùs si ignorabat: non enim potuit sibi præuidere: & quia ignorãtia in dubio pręsumitur, *l.verius, ff. de probat.* maritus non debet remanere in damno,ideò quan-

3 do † sciuit,tenetur stare locationi factæ ab vxore, non autem quando ignorauit, vt in proposito de marito sciente,& ignorante, concludit Surdus *decis.*265. *num.*29. cum alioquin si maritus sciens posset conductorem expellere, vxor teneretur erga eum ad interesse, in cuius locũ pensiones succederent, vt ponderat Alex. *ibi vers. ego tamen*, quod non est dicendum: cum scienti, & volenti non fiat dolus,neque iniuria,iuribus vulgatis, Rom. verò sequitur opinionem Baldi sinè distinctione,cuius ratio non multũ placet Alexandro in eo,quod dicit mulierem, quæ fructus recollegit antè tempus fuisse in culpa, quam fragilem dicit,cum id totum ex conuentione fecerit, & sic lege permittente, *l.iurisgentium*, *§. Prætor, ff. de pact.* vnde ipse dictus alio fundamento, adhæret opinioni Baldi, & concludit, quia maritus potest expellere colonum, neque tenetur stare locationi factæ antè matrimonium, vt per Couar. *Var. resol. lib.*2.*c.*15.*vers.quid autem*, cum declaratione tamen antedicta, an fuerit sciens,vel ignorans, vt nouissimè etiam sentit Stat.Pacific. *de Saluiano interdic. Inspectio.*4.*c.*1.*num.*28.*&* 29. quod

4 scilicet † maritus, qui patitur conductorem perseuerare in locatione,nec illum expellit,gerit rem vtilem pro vxore, eo quod non tenetur ad interesse, idcircò poterit saltem pro rata temporis consequi partem pensionis secundum eum; & hoc pro-

5 cedit in viro, & vxore; in † alijs verò si tota pensio fuit soluta locatori, conductor poterit illam repetere ad effectum soluendi successori, ratione sui interesse, nè deficiẽdo in solutione, expellatur à locatione, vel iterum soluendo, non idẽ bis exigatur contra bonam fidem, *l.bona fides, ff. de reg.iur.* & ita tenet Borgnin. *in allegata decis.25.par.2.nu.4.* quod etiã videtur esse de mente Surdi *in decis.264.nu.28.* vbi quod quando conductor expellitur, non potest successor exigere pensiones; quando verò non potest eum depellere, habet tamen potestatem consequendi mercedem, vt ibi per eum, *vers. non desunt*, vbi in hanc sententiã adudcit alios graues Doct. idem tenentes.

Sed quo pacto successor singularis poterit pensiones exigere, si nõ habet cessionem ab antecessore, aut à venditore? vt enim dicit Castrens. *in l.insulam, in fine, ff.locati*, emptor non habet actionem contra conductorem:
6 quia † actio personalis ex locato, quæ competit venditor contra conductorem, non transit in emptorem, & in singularem successorem, sinè cessione, *l.fin.§. fin. ff. de contrab. empt. l. si hæres institutus, §.fin. ad Trebell.* ideo idem Castrens. *in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff.* 7 *soluto matr.* scribit, quòd † ex locatione facta per maritum, non datur actio vxori, etiam matrimonio soluto, nisi fiat ei cessio; potest tamẽ cogere hęredes viri, vt sibi iura cedantur, *l. idque, §. sicut, ff. mand.* actio namque personalis competẽs viro, adeò ossibus eius inhęret, vt talis trãsitus fieri minimè possit in vxorem, si non cædatur, vt per Angel. *in d.§. si vir in quinquẽnium, in fine*, quo loci admonet Aduocatũ in practica, vt sit benè cautus, nè faciat quod emptor rei locatæ moueat iuditium cõtra cõductorem, non obtenta prius cessione in forma, quod verius videtur ad effectum, vt successor admittatur ad consequendas pensiones, secundum Bertazol. *de Clausul. gl.3. Clausula 15. in fine*, & sequitur Steph. Grat. *Discept. forens. c.20. sub num. 5. par.1.* subdens *num.8.* hoc quidẽ esse regulare, quod actio personalis ex locato, quæ competit venditori contra cõductorem, non transeat in emptorem, seù alium singularem successorem, absque cessione, etiam si actio detur intuitu rei, & habito respectu ad ipsam rem, quidquid cõtradixerit Ang. cuius opinio vera nõ est, vt prosequitur Gratianum *ibi, num.9.*

Exemplo etiam videmus, qđ multi in terminis *l.si pater, C. de dot.*

8 *dot. promiss.* tenent† ex promissione dotis facta marito, non competere actionem vxori, etiã soluto matrimonio, nisi ab hæredibus fiat ei cessio, & datur ꝑ consilio quòd omninò fiat, vt per Guid. Pap. *decis.* 375. non ex alio nisi quia fuit quæsita actio ipsi viro, quę non transit in vxorem sinè cessione, licet ista opinio mortuo marito non sit tuta, vt per Bouer. *decis.* 328. *num.* 2. quod non est præsentis disputationis.

9 Si tamen in † instrumento adesset Clausula, *Pônẽs in locum suum*, nulli dubium est quod successor singularis posset pensiones exigere: quia ista Clausula habet vim cessionis, & constituit procuratorem tamquam in rem suam, Bart. *in l. qui quadraginta, nu.* 2. *ff. ad Trebell.* vbi Ias. *num.* 7. Angel. *in l. prouinciali, §. si ego, num.* 1. vbi Alex. *num.* 8. *ff.*

10 *famil. herciscun.* ità † vt vigore istius Clausulę, competat etiam huic successori via executiuã, Alex. *in l. si postulante, sub nu.* 9. *ff. ad Trebell.* & Paris. *cons.* 107. *num.* 89. *lib.* 3. & in terminis nostris de ista Clausula scribit Stephan. Grat. *vbi suprà cit. d. c.* 20. *num.* 19. *&* 20. vbi quod etiam continet in se actionem personalem, dato quod nõ fuerit expressum, vt ibi per eum, *nu.* 21.

11 Idem si venditor † vendidisset rem cum omni iure, & actione sibi competẽte, quo casu censetur venditum nomen inquilini, siuè conductoris, & habet vim cessionis, vt in locatione concludit Surd. *decis.* 264. *nu.* 3. & Steph. Grat. *d. c.* 20. *num.* 16. ex eo enim solo, quod vendidit cum oĩ iure, trãsit vtilis sinè cessione, vndè legato fundo cũ omni iure, censetur etiam legata actio, quæ transit in legatarium, vt ibi per eum, *num.* 17. *&* 18.

DE SVCCESSORE SINGVLARI.

Argumentum.

De intereſſe debito ſingulari ſucceſſori.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor ſingularis habet regreſſum pro ſui intereſſe contra locatorem, quando conductorem non poteſt expellere.*

2 *Dictio (Liberè) habet ſignificatum, ideſt ſinè contradictione.*

3 *Intereſſe debitum ſucceſſori ſingulari; quia non poteſt conductorem depellere, probatur per iuramentum in litem.*

4 *Dolus arguitur in eo, qui ad ſui commodum tacet veritatem.*

5 *Venditor debet certiorari emptorem, quod res vẽdita reperitur locata, vel cum eo paciſci.*

6 *Intereſſe debitũ conductori, quia ſingularis ſucceſſor non tenetur ſtare locationi, probatur iuramento in litem.*

7 *Succeſſor ſingularis habet facultatem ſoluendi intereſſe debitum conductori, qui aliter expelli non poteſt, & poſtmodũ à venditore recuperare.*

8 *Colonus eijci non poteſt, niſi ſibi ſoluto intereſſe, etiam quod ſit liquidatũ, nec cautio de ſoluendo ſufficit.*

9 *Succeſſor ſingularis poteſt agnoſcere bonam fidem conductoris ſoluendo intereſſe non expectato iudicio.*

10 *Intimatio vẽditori facienda non eſt, vbi agitur, quod res liberè tradatur.*

11 *Soluens intereſſe dicitur contractum impleuiſſe.*

12 *Venditor non tenetur ad intereſſe erga conductorem, ſi expellatur propria culpa.*

13 *Cautela pro conductore.*

LImita vltimo loco Concluſionem noſtram, quod licèt ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare locationi, aut coloniæ in omnibus ſuperioribus limitationi-
1 bus adnotatis, non † tamen eſt ei denegandus regreſſus ratione ſui intereſſe contra locatorem, ſeù venditorem, ad quem ſpectat ſolutio, vt probat text. *in l. cum fundũ, ff. locati, & in l. ſi merces, §. 1. ff. eod.* & Surdus in puncto,

cto, *decis*. 265. *num*. 4. Cum enim venditor ex natura rei venditæ teneatur rem liberam dare, & vacuam tradere, *l*. 2. *§*. *fin*. *ff*. *de act*. *empt*. prout in dubio præsumitur libera, vt per Bald. *in l*. *ex his prædijs*, *C*. *de euict*. accedente præsertim iurata promissione, per ea quæ dicit Cæsar Barc. *decis*. *Bonon*. 62. *num*. 1. & 2. res non dicitur libera, quãdo à conductore detinetur, & in ea reperitur colonus, vel cõductor, qui in ea habet ius insistendi, neque expelli potest, ità, vt emptori eo inuito habitare non liceat, nec colere, nec serere, cum fortè sua interesset, aut suis manibus colere, vel alium colonũ habere, qui meliorem conditionem offeret, vt optimè deducit Surd. *d*. *decis*.
2 265. *num*. 2. sanè † dictio illa, liberè, habet huiusmodi significationem, quod sinè impedimento, & contradictione emptor rẽ possideat, glos. *in Clement*. *Dudum*, *in verbo*, *liberè*, *de sepult*. cũ alijs congestis per Surd. *d*. *decis*. 265. *num*. 3. & 4. vbi quod venditor, & non emptor soluit interesse; & per Petr. Duen. *Reg*. 240. *num*. 10. quod quidem inte-
3 resse † poterit probari contra ipsum venditorem, etiã quod non habeat facultatem rei tradẽdæ ex dolo suo, per iuramentum in litem, cum ob sui dolum habeatur pro possessore, in odiũ eius, vt per Plot. *de in litem iuran*. *§*. 4. *sub num*. 58. *vers*. & *non solum*. Cum enim venditor præsumatur scire qualitates, & onera rei venditæ, vt per glos. 2. *in Authent*. *Sed cum testator*, *C*. *ad leg*. *Falcid*. emptor verò præsumatur ignorare, *l*. *verius*, *ff*. *de probat*. dicitur in dolo, si non exprimat omnia onera ipsius rei, *l*. *vina*, *vbi glos*. *ff*. *de peric*. & *commod*. *rei vend*. & in terminis de eo, qui reticuit locationem consuluit Crauet. *cons*. 83. *num*. 3. vbi
4 secundum Baldi sentẽtiam † ex taciturnitate dolus arguitur ex eo quod tacens vetũ ad sui commodum, & in deceptionem alterius, dicitur fraudem facere, vt ibi per eum, & saltem tenetur venditor genericè denuntiare emptori onera quæ sunt annexa rei, secundum Beroũ *cons*. 2. *num*. 12. & 17. *vol*. 1. & Natt. *cons*. 426. *num*. 16. quos sequitur Surd. *d*. *decis*. 265. *nu*. 40. licèt enim fortè venditor alienando
5 non fuerit in dolo, non † potest tamen se excusare, cum sciens se prius locasse rem venditam, illam alienauit nõ certiorato emptore, & quia debuisset prius pacisci cũ eo, vel cum singulari successore antequam alienaret, *l*. *Iulianus*, *§*. *penultimo*, *ff*. *de act*. *empt*. aut cum ipsomet conductore, antequam contractum perficeret, sicut è conuerso emptor

emptor non tenetur ſtare colono, & venditor alienat, non reſeruato iure conductoris, conductor eiectus habet regreſſum contra ipſum locatorem, pro
6 ſuo † intereſſe, eo quia non reſeruauit ius ſuum, probabitur intereſſe mediante iuramento coloni, vel conductoris, pro damnis, expenſis, & intereſſe, vt in puncto firmat Plot. *in d.§.4.de in lit. iur.num.*80.*&* 81.

Non erit tamẽ ſublata facultas emptori, aut ſingulari ſucceſſori in illis caſib. in quibus con-
7 ductor † per oblationem intereſſe poteſt à locatione depelli, ſoluendo ipſi conductori etiam eo inuito, quidquid ſibi debetur, & deinde illud recuperare à vẽditore; veluti in terminis noſtris decidit Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.*38.*nu.*16. ſi enim conductor puta ſoluiſſet emptori anticipatas ſolutiones, & iuridica eſſet retentio rei, non poſſet expelli à locatione, ſed ſibi daretur retentio quouſque effectiuè fuiſſet conſequutus ſuum intereſſe, ità, vt nec etiam oblatio ſufficeret cum fideiuſſione de ſoluendo, vt per Chartar. *deciſ. Ianuenſi* 11.*num.*5. *&* 6. & tametſi ſecundum Natt. *in conſil.* 246.*nu.*3. citatũm per Ioſeph. Ludouic. *d.deciſ.*38. *num.*19. & Carroc. *de locat.par.*4.*tit.de ſucceſſ.quaſt.*25. *num.*44. quem tamen nunquam potui reperire in libro meo, dicat per ſatisdatio-
8 nem de † ſoluendo intereſſe, poſſe eijci colonum; illius tamen doctrina non poteſt procedere, quando intereſſe eſſet liquidum, vel de proximo liquidandum, vt ibi per eos, nempè Carroc. *num.*45. & Ioſeph. Ludouic. *num.* 20. *&* 21. proindè ſi emptor agnoſceret bonam fidẽ conductoris, & ſolueret tale intereſſe, venditor non poſſet con
9 queri, cum † emptori liceat hoc facere etiam non expectato iudicio & ſententia, vt per Surd. *deciſ.*22.*num.*8.*&* 9. & in terminis noſtris. Cardin. Mant. *deciſ.* 30.*in Romana retractus, num.*3. vbi quod non eſt imputandum ei, qui nõ proſequitur litem iniuſtam, cum debeat potius agnoſcere bonam fidem, ità, vt non etiam requiratur intimatio ipſi vẽditori, ſi emptor doceat de bono iure ipſius conductoris, quidquid contrarium dixerit Dec. *conſ.*74. cuius opinio Communiter reprobatur, vt aduertit Apoſtillator, & in ſpecie Couar. *Var.reſolut. cap.*17. *libro* 3. *nu.*6. in hoc ſolum grauatur emptor, quia aſſumit onus probandi de bono iure euincentis, vt per Capic. *deciſ.*106.*num.*2.

Quod ſine difficultate procedit, ad effectum præſentis inſpectionis, in qua non agitur de euictione

ctione, prout loquuntur Dec. & alij qui dicunt, necessariam fore denuntiationem: sed agitur
10 duntaxat † an res libera tradatur, quo casu denuntiatio nō est necessaria, vt per Magon. *decis. Florent. 93. num. 2. & 3.* & ratio est: quia competit actio primaeua ex empto, etiam non sequuta molestia, perindè ac si res non esset tradita, vt per Card. Seraph. *decis. 671. num. 5. 6. & 7. & decis. 623. num. 9. &* 10. quae actio datur ad damna & interesse, vt ibi per eundem Card. Seraph. quod debetur in obligationibus facto, & quia venditor non liberat rem, succedit obligatio ad ipsum interesse, iuxta *l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig.* & reputatur vnum & idē cum ipso facto, ideoque sustinetur etiam sententia si sequatur condemnatio ad interesse, nec dicitur difformis libello, dato quod factum in petitione sit deductum, vt decidit Surd. *decis. 306. num. 6. & 7.* & soluens in-
11 teresse, † dicitur adimpleuisse contractum, secundum Bart. *in l. prima, col. 1. ff. de act. empt.* non enim potest aliqua culpa impingi emptori, quin potius imputandum est venditori quare incautè, & imprudenter ei non notificauit onus locationis, & iuremerito debet teneri ad huiusmodi interesse, alioquin non poterit expelli, sed dabitur retentio vsquequo cōductori fuerit satisfactum, vt *in d. decis. Lucensi 38. num.* 18. Idem videmus in scriptore, qui potest retinere quinternettos, donec debita merces ei persoluatur, secundum glos. *in l. si non sortem, §. si centum, in verbo, retinebitur*, vbi Bart. *num. 7. & 8. de condict. indeb.* Castrens. *num. 5. & 6.* & Ias. *num.* 10. Sic pariter animalia retineri possunt pro impensis alimentorum, *l. in summa, C. de pignor. &* Menoch. *in remed. recuper. 11. num.* 8. & tandem ratione expensarum factarum in re, quis retinere potest ipsam rem, vt in colono partiario loquitur Card. Mant. *de tacit. conu. tit. 11. lib. 5. num.* 19.

12 Sin autem expellatur † conductor propria culpa, non vtique vēditor tenetur ad aliquod interesse, *l. si merces, §. culpa*, vbi Bartolus, Castrens. Salicet. & alij, *ff. locati*. Bart. *in l. stipulatio habere licere, num. 3. ff. de verbor. oblig.* cum alijs, de quibus per Alexan. *consil. 20. sub num. 12. in quinto.* qua ratione inferunt Doctores, quòd si conductor haberet aliquod ius in re locata, ità, vt ab ea non possit depelli, & nihilominus admissit fatuè singularem successorem, sibi praeiudicat, ità, & taliter, quod non potest consequi interesse; & ideò

ideò datur pro cautela, quod nunquam debeat spontè relaxare rem conductam, quousque sibi soluatur interesse, Bursat. *consil.* 101. & Ioseph. Ludouic. *in d. decis. Lucensi* 38. *nu.* 6. & 7. nè supinè ius suum amittat.

F I N I S.







